parochiã: vt x. q. iij. vnio. & teſtimoniũ vnius parochię facit crimẽ notoriũ eẽ: vt extra de purg. ca. cũ dilectis. Alij etiam dixerũt tres ad hoc ſufficere: quia tot faciunt collegiũ: vt ff. ver. Neratius. quod nil eſt: quia & eadẽ rõne duo ſufficerẽt, qui faciunt cõgregationẽ: vt extra de elect. c. j. nõ ergo põt dici aliqd notoriũ, in vico ſeu villa, vbi duo, vel tres, aut qnq; dũtaxat inhabitãt. Quidã etiã dixerũt, & fortè nõ malè qp arbitrio iudicis relinquit, quot hoies faciãt notoriũ: cũ nõ ſit in iure exp̃ſſum. ar. extra, đ offi. dele. de cauſis. ff. de ver. ob. cõtinuus. ¶ † Tertiò deprehẽditur notoriũ facti ex tpis qualitate, puta ſi fit de die: quia ſi de nocte fiat, nõ p̃nt homines bñ videre, vbi lumẽ deeſt. xvij. q. ij. pniciоſam. extra đ of. dele. cõſuluit. & in præ. l. aut facta. ver. tp̃s. & de pœ. di. v. cõſideret. in prin. & ex alijs circũſtãtijs, qs diſcretus iudex cõſiderabit. ¶ † Cæterũ hmõi notorijs tres ſunt ſpẽs.[a] Nã & aliud eſt notoriũ facti actu trãſeũtis? Aliud actu ĩterpollati: Aliud actu mẽtis. Notoriũ facti trãſeũtis actu dicitur, quod ſemel ita notoriũ factũ fuit, qp nulla potuit tergiuerſatione celari. quod tñ factũ, ex quo ſemel pũblicè actũ fuit, reiterationem nõ habuit: ſed quia ab initio fuit notorium, adhuc per continuã memoriã hominũ & ſcriptarũ notoriũ reputatur. Et hoc mõ dicimus eſſe notoriũ Chriſtũ paſſum fuiſſe: vt j. q. iij. notãdũ. & de cõ. di. ij. ſemel Chriſtus. & c. ſeq. ſed hoc verũ eſt, ſi ij dẽ hoies viuũt: aliàs, ſi mortui ſunt nõ eſt notoriũ: ſed eſt fama de facto p̃terito ſecũdũ Vin.[b] cq̃uis hodie idẽ ſit populus ciuitatis fictione iuris, qui erat iã mille anni ſunt elapſi: vt ff. de iudi. proponebat. & vij. q. j. denicq;. ſed hoc in alijs. Nã paſsio Chriſti cũctis fidelibus eſt notoria, propter cõtinuã hominũ memoriã, & teſtimoniũ Euãgeliſtarũ, & aliorũ cõtinuè euãgelizãtium Xp̃m fuiſſe paſſum. Itẽ licet quodlibet crimẽ deſinat eẽ p p̃ſentiã: vt l. di. ferrũ. & xv. q. ij. ſ. his authoritatibus. nõ tñ deſinit eſſe notoriũ: quia fuit in cõſciẽtia populi. & de tali etiã notorio loquitur extra, de elect. bonę. j. ſ. licet aũt. ibi eñ dicebat notoriũ eẽ, qp Duarmacieñ. receperat eccleſiã Magũtinã quo ad tpalia & ſpũalia ſine licẽtia dñi papę, ad quã fuerat poſtulatus. Et intelligo qp ex pòſt facto adueniẽte legato abſtinuit ab adminiſtratione dictę eccleſię Magũtinæ: & ſic dicebat notoriũ facti actu trãſeũtis: & tale notoriũ probatur per teſtes corã iudice, cui factũ nõ eſt notoriũ: qa non vidit qñ ille adminiſtrauit: vt ibi patet: vt ſ. ſ. j. ver. cæterũ. Itẽ etiã notoriũ facti actu trãſeũtis eſt, ſecũdũ do. meũ & Vinc. & Pãpã, ſi eps de eccleſia ad eccleſiam trãſeat, & bona ſecũdę eccleſiæ adminiſtret. extra, de trãſla. cq̃to. ſ. ne aũt. extra de cle. nõ reſi. c. j. de cle. excõ. illud. vel ſi qs patẽter in platea, & ſub conſpectu populi aliquẽ occidat, vel vulneret. extra de teſti. cog. puenit. j. de pœnit. di. j. aut facta. quo caſu ſi ſit notoriũ iudici, petitio fiet, & procedetur, vt j. ver. ſi verò ſint notoria. ¶ † Notoriũ facti actu interpolati dicitur, quod fit ſic publicè, qp aliqua tergiuerſatione celari nõ põt. quod ſępius iteratur: nõ tñ fit cõtinuè. quale eſt crimẽ vſurarij manifeſti: quia ille publicè tradit cuilibet petẽti pecuniam ſub vſuris: & frequẽter hoc iterat, nõ tñ quotidie vſuras recipit: quia nec ei quotidie pecunia numeratur. & de tali notorio habes extra, de vſuris. cũ tu manifeſtos, id eſt, notorios. vbi de hoc.[c] ¶ † Notorium facti actu manẽtis dicitur, qđ ita publicè fit, qp aliqua tergiuerſatione celari nõ põt: & habet facti continuationẽ: ſicut cũ aliqs manifeſtè in carcere detinetur. De quo habes extra de app. dilectis filijs decano. vel ſi quis tenet publicè & cõtinuè cõcubinã in domo, mẽſa, & lecto, & liberi vagiũt in gremio eius eos baiulãtis. ar. in præ. c. tua nos. & C. đ nup. ſi vicinis. & extra de app. cõſuluit. j. & c. relatũ. & in præ. c. de manifeſta. & ij. q. j. ſ. cognitio aũt. & extra, de diuor. ſi-

telligentiam. ad fi. ij. col. verſi. ſunt & qui dicunt. de his quæ nota ſunt iudici vt iudici, datur exemplum per l. pe. C. qui accu. non poſ. & per l. teſtium. C. de teſt. primò de familiari, qui accuſat dominũ. ſecundò de teſte, qui vacillat. gl. j. C. qui, & ad quos. & ff. de teſti. l. ij. ſ. eiuſdem. gl. quæ incipit, fama. in fi. dicunt aliquid notum iudici, vt notoriũ Gui. de Suza. ſuper l. vna. C. vt q̃ deſunt aduoc. ponit circa hoc quæſtionem nõ dubiam. ſ. cũ ſolus Poteſtas vidit hoiem occidi. an poſsit punire occiſorẽ. ſatis inſtat in allegationib⁹, quas non curo. Soluit, qp non p̃t: quia nõ eſt ei notum vt iudici, ſed vt priuato. & iudex in principali nõ poteſt de facto ſupplere: ſed habet iudicare ſecũdùm allegata & probata. ff. de off. præſid. illicitas. & facit quod no. de in litem iurã. l. ij. in fi. vlt. gl. Subdit etiã qp nõ peccat abſoluendo illũ, cũ id fiat legis permiſsiõe. ff. ſi quis cau. l. fi. Rolã. doctor ſuo opere, char. ij. dicit qp iniuriam facta alicui corã iudice ante prætoriũ, habẽt pro publica & notoria. & ſic ſine accuſatione punitur. Et forſan intellexit notum iudici, vt notorium: vt dixi de accu. alleg. aũt. l ea quidem. C. de accu. & decre. eui dentia. eo. tit.

gnificaſti. & xxviij. di. priusq̃. lxxij. di. propoſuiſti. in prin. vel ſi qs cõtra ſacrm fidelitatis dñm ſuũ cõtinuè proſequitur: vt extra de elect. venerabilẽ. ſ. eos igitur. ver. ſunt eñ notoria. & ver. idẽ etiã dicitur cõtra propriũ. & extra de exceſ. prela. c. rauẽ. & tale notoriũ põt dici notoriũ facti à iure p̃ſumpti. licet eñ ſi qs ſic ſecũ aliquã teneat, non tñ eſt notoriũ, qp eã cognoſcat: quia illud factũ nõ fit ſub conſpectu hominũ, ſed ius ſic eẽ adeò vehemẽter p̃ſumit, qp id forè notoriũ reputat. Nec enim aliter hoc certũ eẽ põt, niſi p hmõi p̃ſumptionẽ: & talis p̃ſumptio pro notorio habetur. extra de coha. cle. & mulię. clericos. & c. tua nos. extra de præſumpt. literis.

11 ¶ † Iſtud aũt notoriũ facti, qdã in tres p̃dictas ſpẽs ideo diſtinxerũt: quia dixerunt qp in notorio facti actu trãſeuntis, neceſſaria eſt plena probatio: vt in præ. c. bonæ. ſ. licet aũt. & tunc ſecũdùm Papã formatur petitio, vt j. ver. ſi verò ſint notoria. Vin. verò no. extra, de appel. cõſuluit. j. qp hæc ſpecies non probatur, niſi qs velit ex abũdãti: vt ſ. dixĩ de notorio præſumpto. In notorio aũt facti actu interpolati, dixerunt ſemiplenã probationẽ ſufficere: vt in præ. c. cũ in diœceſi. vbi de hoc. In notorio verò facti actu exiſtẽtis, nullã probationẽ eſſe neceſſariam dicũt: vt in præ. c. dilectis filijs. & ñ. q. j. de manifeſta. extra de elect. venerabilẽ. ver. ſunt eñ notoria.

d Tan. verò dixit[d] indiſtinctè, qp ſiue ſit notoriũ facti ſiue iuris, quocũq; iſtorũ inodorũ crimẽ alicuius ſit notoriũ, põt iudex talẽ crimino ſum ex officio ſuo punire: cq̃uis corã eo nõ accuſetur, nec teſtibus conuincatur. Si verò non eſt notoriũ, cq̃uis ſit publicũ, ſeruandus eſt ordo iuris: vt xj. q. ij. eorũ qui. in fin. P. de Sãp. B. nõ approbat: ſed dicit in qualibet ſpecie notorij facti diſtinguẽdũ. 12 ¶ † Nã quædam ſunt notoria iudici & alijs: quædam alijs tãtùm, & non iudici: & ſic diſtinguit Gra. ñ. q. j. ſ. ſed ſciẽdũ. & ſ. qñ aũt. In his ergo, quæ ſunt notoria iudici & alijs: vt quia facta ſunt, vel fiunt præſente iudice, & tot alijs, qp ſufficiũt ad notoriũ faciẽdũ: in hoc, inquam, notorio, iudex nõ recuſatur: vt extra, de app. propoſuit. nec requiritur accuſator vel denũciator: nec datur libellus, nec fit litis cõteſtatio, nec iuratur de calũnia, vel de veritate. nec requiritur teſtis vel alia probatio. imò tũc ordinẽ iudiciariũ nõ ſeruare, eſt iuris ordinẽ ſeruare: citabitur tñ ad ſentẽtiã. quę dic vt ſ. in princi. huius titu. nec eſt tunc purgatio indi-

e cenda, ſed ſolùm canonica ſententia proferenda[e]: vt extra de pur. ca. cũ dilectus. nec etiã poterit appellari in tali notorio: vt extra de app. cũ ſit Romana. in fi. & c. peruenit. j. & c. conſuluit. & c. cũ ſpãli. tñ ſi tũc ſucceſsiuè oẽs moriantur, qui viderũt, deſinit eẽ notoriũ, ſecũdùm Vin.[f] V ñ iudex nõ poteſt ſciare, niſi ei probetur: qa neſcit vt iudex. extra de of. ord. ſi ſacerdos. & in præ. ſ. qñ aũt. 13 ¶ † Niſi ipſo pro tribunali ſedẽte factũ fuerit: qa tũc ſufficiẽter intelligitur ſibi eẽ probatũ, ex quo vidit vt iudex. extra, de cor. vi. cũ de tua. & in prę. ſ. qñ aũt. dũtñ viderit cũ tot, qp fiat notoriũ crimẽ illud, vt dixi. & vide ſ. de ſentẽtia. ſ. qualr. ver. itẽ ferri debet.[g] ¶ † Si 14 verò ſint notoria alijs, & nõ iudici: tũc officialis denunciãs ſine inſcriptione auditur: vt C. de accuſa. ea qdẽ. quæ eſt iij. q. iij. ſ. aliqñ. per quã legẽ ferè oẽs dicũt, qp ſimplici officiali creditur: ſed hoc ibi nõ dicitur: ſed hoc tm̃, qp ipſe denũciãs ſine inſcriptione auditur. & in hoc notorio requiritur probatio: vt in præ. c. bonæ. ſ. licet aũt. & de vſur. cum tu. & iudex in eo põt duplici via procedere, ſ. per inquiſitionẽ ex officio ſuo: vt inqrat, an ſit notoriũ: vel etiã alio ſibi denũciãte, & cãm p̃ſequẽte, & probare volẽte notoriũ eẽ. & quocunq; mõ̃ ꝓcedat, nõ eſt ordo iudiciarius obſeruãdus, nec libell⁹ dãd, nec litis cõteſtatio faciẽda. reus tñ p̃t interrogari. an crimẽ cõmiſerit. quod ſi negauerit, poſſunt teſtes ſine alia litis cõteſtatione, & ſine iurõ de calũnia, ſeu de veritate

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

a ¶Inn.Papa.No.vt ſcripſi vbi ſ.ſub litera b.
b ¶Secundùm quoſdam. Sic loquitur gloſſ.innominati ſub litera b.poſt prin.
c ¶Ver.ſed qualiter.& hic in fine.
d ¶Secũdùm papã.Et multũ ampliat author eius verba.quæ vide ſuper gl.p̃dicta ſub litera b. poſt princ. Idẽ dicã j. de dicto Vincen. a
e ¶Cõmitti.Contra hoc vide qđ ſcripſi poſt Hoſ. 15 đ pur.ca.c.pe. ſu p ver.pp̃is.& vide j.ver.vj.et qđ ſtatim ibi dicam.
f ¶Vt noſtrum. Nic. Mat.in queſtione,quã poſui b ſup reg̃la,qđ qs. lib.vj. miſcuit illũ articulũ,quærens an veniret 16 Titius cõdẽnandus de occiſo, cõtra quem duo teſtes depoſuerũt, q̃ notoriũ eſt q̃ occidit Seium.& concor. Inno.ſic diſtinguens. Aut teſtes de notorio deponentes reddunt cauſam ſuæ ſcientiæ dicendo q̃ præſentes fuerũt & viderũt:et tunc ex hac ſufficiẽti rõne probatũ eſt factũ & notoriũ, & ſequit cõdẽnatio.Si aũt pro ratione ſciẽtiæ dicunt ſe ſic publicè audiuiſſe,vel aliud ſimile: tunc factum non eſt probatũ c ſed ipſum notorium:& ſic cõde d mnatio ſequi nõ e põt.Sequens em̃ rationis redditio determinat præcedẽs dictum.ff. de le.ij. cũ pater.

dicẽda'recipi:quia in talibus ordinẽ iudiciariũ non ſeruare,eſt iuris ordinẽ ſeruare:vt ſ.Inno. papa iij. no.[a] quòd ſi notoriũ facti actu traſeũtis,eſt occultũ iudici:accuſatio ſeu petitio poterit ſic formari in exemplis poſitis ſ.verſ.notorium facti tranſeuntis. ✻FORMA. ¶†Cũ talis eps̃ ſe ad talẽ trãſtulerit eccleſiã ſine papæ licentia, peto ip̃m amoueri: vel cũ talis talẽ in multorũ p̃ſentia occiderit, ita q̃ nõ eſt locus inficiationi,peto ipſum puniri. Et ex quo ſic petitur,tãc̃ in notorio proceditur.i.lite nõ cõteſtata : vtin p̃.c.manifeſta.& c.de manifeſta. & c.ſcelus.extra de accu.euidẽtia. extra de iureiur. ad noſtrã.iij.qđ verũ eſt,ſecũdũ q̃ſdã, [b] vbi accuſatus eſt propter cõtumaciã abſens:ſi verò ſit p̃ſens,req̃rit̃ litis cõteſtatio:& ſi neget,requirit̃ duplex ꝓbatio:alioquin nõ tenet ſnĩa,vt iã dicã.& in tali notorio nõ appellatur.extra,de app.propoſuit. ¶†Et ſi teſtes producãtur ad probandũ notoriũ:q̃rẽda eſt potius ab eis diffinitio,c̃ diffinitũ:qa ſicut ſcripſit Lau.& Io.ſæpe de notorio loq̃mur.& qd ſit notoriũ,ignoramus: vt no.in præ.c. manifeſta. Et ſi teſtis ignorãs qd ſit notoriũ,rñdeat dicẽs,q̃ crimẽ ad qđ probãdũ inducitur,eſt notoriũ:nõ valet eius dictũ:imò potius imperitus matheſeos, &c.vt xxxvij.di.qui de mẽſa.& ar.ff.de orig.iu.l.ij.ſ. cũq̃ eũ. Itẽ ſi teſtis diffiniat,qd ſit notoriũ,nec ſit iuris peritus,quærẽdum eſt,à quo id didicit. Et ſi rñdet, q̃ à producẽte eũ,vel eius aduocato præſumitur ſubornatus:maximè ſi didicerit,poſtc̃ cã mota fuerit.argu.extra,de teſti.licet ex quadã. q̃ ſi rñdeat, q̃ per ſeip̃m ſcit,vel añ litẽ motã didicit, q̃ notoriũ eſt id, qđ totus pp̃s, vel maior pars vidit, vel per verba ęq̃pollẽtia,vel quæ diffinitio notorij̃ habeatur:q̃rẽdũ eſt ab eo,quot hominũ ſciẽtia vel pręſentia exigatur ad hoc,q̃ crimẽ notorium reputetur.Et ſi rñdeat de certo numero quærendũ eſt ab eo qualiter ſciãt q̃ tot hominũ p̃ſentia, vel ſciẽtia faciat crimẽ eſſe notoriũ,q̃ paliqđ ius nõ poterit diffinire:licet qdã dixerũt, q̃ decẽ hominũ ſciẽtia faciat qd eẽ notoriũ:qa tot faciũt parochiã . Dic vt ſ.verſi.& hoc notoriũ.tñ duo probãt, vel tres aliqd eẽ notoriũ: vt ſ.ſ.j.ver.ſed qualiter. [c] ¶†Teſtes q̃q̃,q ad probãdũ notoriũ inducũtur,duo debẽt ſecũdũ papã [d] probare, ad hoc vt eorũ dictũ valeat, ſ. q̃ viderunt crimẽ,de quo teſtificãtur,cõmitti: [e] & q̃ tot alij̃ p̃ſentes erãt,qui videre ſimiliter potuerũt, q̃ crimen notoriũ factũ fuit:aliàs aũt non probarent crimen eſſe notoriũ : nec p cõſequẽs ad eorũ dictũ eẽt reus cõdẽnandus:quia ex quo nõ cõſtat crimẽ fore no-

17

ſtram.iij.de iureiu.ipſe dixit qđ ibi dicit ij̃.gl. Quod aũt ſubdit author dẽ vtraq̃ opi.ſaluãda,ſi bene ponderas,parum vrget. Non enim de forma proceſſus,ſed efficacia probationis tractatur.Dico igitur neutrũ dictum ſimpliciter verũ,ſcilicet primũ,q̃ neceſſe ſit deponi de viſu,in quo ſuprà remiſi.nec ſecũdũ,q̃ ſufficit probatio per viſum,vt dicatur notoriũ,qđ toriũ,per cõſequẽs lite nõ conteſtata, & iuris ordine nõ ſeruato teſtificati ſunt, quod fieri nõ debuit: maximè oblata petitione p̃miſſa, cui debet ſentẽtia cõcordare: vt extra de ſimo.licet Heli.& ideo totus h proceſſus irritus eſt.extra,vt lit.nõ cõte.p totũ. C. de ſen.& inter.om.iu. prolatã.& qa cõtra nõ cõfeſſum,nec cõuictũ ꝓceſſum eſt:vt ij̃.q.j.nos ĩ quẽc̃q. f
f & c.De[9] oĩpotẽs.extra, vt eccle.bñ.vt nr̃m. [f] Vin. verò cõtra.ſcripſit em̃ ſufficere, ſi teſtes probẽt alterũ de duobus,ſ.vel crimẽ fore notoriũ,vel ſe vidiſſe
g illud cõmitti. [g] Vtraq̃ tñ opinio põt ſaluari.nã opinio papæ põt habere locum, qñ iudex procedit in probatione notorij̃ ad petitionẽ alicuius : quia tũc exceptio facta lite nõ cõteſtata nõ valet:vt ſ.deinquiſitio.ſ.nunc tractemus.verſi.ſi autẽ inquiratur. ibi Gof.verò & alij̃.Dictum autem Vin.põt intelligi qñ iudex ex officio ſuo inquirit,an crimẽ ſit notorium:tunc enim lite nõ conteſtata poſſunt teſtes k recipi:vt in præ.ſ.nunc tractemus.ver. q̃ ſi crimẽ. ibi:vbi autem prælatus.& in tali notorio poteſt appellari:vt extra de app. Romana . ſ.ſi autẽ.de quo
18 dic,vt ſ.de app.ſ.in quibus.verſi.x. ¶†Et nota [h] q̃
h hęc argumentatio non procedit:ſcio hoc eſſe notorium:ergo ſcio.Non enim ſequitur hoc in notorio
19 facti præſumpti.¶†Item dicit Inn.iij̃. q̃ in notorio facti, quod eſt notum alijs, & non iudici, & in notorio iuris, & in notorio præſumptionis eſt ordo iudiciarius obſeruandus : vt not.plenè extra,de coha.cle.& muli.tua.de hoc dic,vt ſ. ſ.j.verſi.dixit
20 quoq̃.¶†Item nota [i] q̃ ad probationẽ notorij̃ duo
i teſtes ſufficiunt ff.qui ſatiſd.cog.ſi verò.ſ.qui prorei.extra,de elect.bonę memorię. quo probato & pronunciato q̃ ſit notorium,ſi nõ appellatur,procedetur de cætero ſine ſolennitate iuris,tanc̃ ſuper notorio.Articulus tamen ipſe, an ſit notorium vel non,& an ſit fama vel non, ſolenniter tractabitur. Ad probationem etiam, famæ duo ſufficiunt : vt extra de præſumpt.quia veriſimile. de conſang. & k affi.ſuper eo.ar.extra,de accu.inquiſitionis.ad fi. [k]

De abolitione & purgatione. Rubri.

POſtquam de criminibus diximus qualiter & quibus modis de eis agatur. Ad huius operis comſummationem, dicẽdũ eſt qualiter ipſa aboleantur qui ad ciuilia.& l.ciues & incolæ.Bal.videſ.de app.ſ.no.q̃ habẽs.In notorijs fertur ſentẽtia cõtra abſentẽ lite nõ cõteſtata.ver.dicit quoq̃ idem Inn.G.Itẽ probari põt aliqd eſſe notoriũ,etiã parte abſente.ver.& nota quod ſi.G.¶Per famã probatur mors.G.Itẽ fama in ſimili facit ſemiplenã probationẽ,nõ in criminali.in ſ.fama.ver.ſup.Videſ.de ſen.ſ.ſentẽtia cõdẽnatoria.¶Si teſtis dicit ſe nihil ſcire,intelligitur ſup articulo. & ideo nihilò minus põt probari fama.& refertur probatio famæ,etiã ad articulos nõ probatos.in ſ.fama.ver.ſi quod eſt no.dignũ.Videſ.de ſen. ſ.illud plenius.¶Per quot teſtes probetur notoriũ,verſi.iã de.& etiam notoriũ probatũ per teſtes,ſi teſtes dicũt,q̃ ſic viderũt & audierunt per maiorẽ partẽ gentiũ,vel populi dici.Et eſt rõ:quia teſtis debet intelligere per propriam vocẽ. Item teſtes duo probant notorium : tñ duo debent probare veritatẽ & facti authoritatẽ.in ſ.fi.ver.& ſi teſtes.& verſi. ſeq.prope fin.G.¶Qualiter probetur ignorantia,& an iudex poſsit reſcindere partium compoſitionem de abolitione.ſ.j.G. ¶Exceptio iudicum dilatoria,non habet locum in notorijs.de poſi.ſ. exceptio.

De abolitione & purgatione. Rubrica.

¶Nullus ex practicis authoribus poſuit hãc primã partẽ rub. De ea tñ tractat Roff.ſub rub.quibus caſibus aliàs prohibiti, accuſare poſſunt:in libellis iur.ca.& ferè per totum vſq̃ quo alle.eũ,fuit Roff.& quare dixit ferè,dicam in ver.ſi porrò.ſcilicet in libel.iur.ciuilis.pleniſsimè ipſe Rof. tractauit materiam ſub ſena.conſul.Turpil.l.& meritò,quia compoſitores Digeſtorum coniunxerunt has duas materias in vna rubric. ſcilicet, & purgentur:

De quibus criminib[9] fit cõfiſcatio gñalis bonorũ, vide gl. in l.ij̃.C.qui teſt. fac.poſ.¶Præceptũ & pœna, q̃ fundatur tãc̃ ſuper notorio,non valet, ſi nõ ſit notoriũ. poſt prin. G. ¶Citatus teneť allegare priuilegium ſuũ, & comparere. meritò autem ſufficit quòd præceptũ ſit iniuſtum.ver. qđ ſi iudex. G.etiã, qui præſens eſt, priuilegium ſuũ allegare, debet.C. de ap.l.hi

Bal. de notorijs criminibus Rubr.

g ¶Illud committi. Diſcuſsis locis omnibus, quibus memini de hoc notaſſe Vincen.non inueni eum ſic dixiſſe. Verum eſt, q̃ in decre.ad no-

Turpiliani, & abolitionum: sed cõpositores Codicis diuiserunt. De secunda parte ipse Rof. in nostris lib. ponit vlti. rubri.

& purgentur: idcirco primò aliqua de abolitione tangamus: Postea de purgatione dicturi.

SVMMARIVM.

1 Abolitio quid sit, & quotuplex.
Abolitio generalis per solum Principem fieri põt.
2 Abolitio priuata seu specialis, quæ dicatur.
3 Abolitio specialis petita, quid operetur.
4 Abolitio legalis, quæ dicatur.
5 Reo de crimine falsi accusato generali abolitione interueniente, an tale cri men aboletur.
6 Accusati non possunt ab aliquo de eodem crimine accusari, si aliàs fuerint absoluti.
Inquisitio succedit accusationi.
7 Accusatio an per confessionem occultam sacerdoti de crimine factam extinguatur.
8 Sententia lata per modum inquisitionis, an obsit accusare volenti.
9 Accusato componente cum accusatore, an possit iudex in accusatione procedere.
10 Accusatio illaudabile genus intentionis dicitur.
11 Crimen per dispensationem peracta pœnitentia remitti, qualiter intelligatur.
12 Pœnæ persecutio voluntati iudicis non mandatur, sed authoritati legis reseruatur.
13 Abolitio pœnam remittit criminis, sed infamiam non tollit.

1 SCiendum est igitur q̃ abolitio est accusationis perẽptio. ¶ †Est autẽ abolitio triplex, s. generalis, priuata, seu specialis, & legalis. Vnde versus: Vt sacra lex fatur, abolitio terna notatur. ¶ Generalis per solũ Principem fit: & hæc extinguit omnes accusationes quo ad omnes, præterq̃ quo ad accusantẽ, qui potest repetere accusatum intra xxx. dies vtiles, computandos ab illo die, quo generalis abolitionis feriæ sunt finitæ. & fiet hæc repetitio eodem iure, quo prius accusabatur. Et fit hæc generalis abolitio à Principe ob multas causas: qñq̃ ob diem insignẽ natalis sui, vel filij sui: quandoq̃ ob rem prospere gestam puta, quia obtinuit contra inimicos: qñq̃ propter publicam gratulationem, vt quia voluit facere festum, vt quilibet lætaretur, vel ob aliquam lętitiam, vel honorem diuinæ domus. Hæc probantur C. de generali abolitione. l. cum eo tempore. & ff. ad Turpil. si quis repetere. & l. abolitio. & l. vel ob rem. & l. si interueniẽte. adeò q̃ si intra illos triginta dies alia abolitio superueniat, à fine secundæ abolitionis cõputantur alij xxx. dies: vt j. eo. tit. in Senatus. ¶. fi.[a] Operatur quoq̃ & aliud hæc abolitio generalis, s. vt accusator in Turpilianum nõ incidat: vt in præ. l. interueniente. ¶ †Priuata seu specialis est, qñ accusator priuatim illam petit à Principe, aut ab illo iudice, qui habet cognitionem meri vel mixti imperij: & hæc qñq̃ conceditur, qñq̃ nõ: & ideo maxima causæ cognitio interuenit. Primò, quia delegari nõ potest. Secundò cognoscitur vtrũ accusauerit aliquem extraneum vel cognatum: & vtrum accusauerit aliquem verè, vel per errorẽ, vel temeritatem: & an accusauerit aliquem pro sua iniuria vel suorum: vt quando accusauit cognatum, cõcedatur tamen si accusatus passus est eam iniuriam illo consentiente, dabitur: & non aliter. Si autẽ non sit passus, dabitur etiam illo inuito. Et debet peti etiam hæc abolitio intra xxx. dies, numerãdo à die institutæ accusationis, intra quos accusatus habet spatium ad componendum mœstos penates. Post dies verò xxx. non dabitur hæc specialis, nisi accusato volente. Vbi verò per corruptelam & fallaciter accusat præterq̃ cognatos: quia quantò quis citius admittitur ad prosequendam suam vel suorum iniuriam, tantò magis cõceditur. Item vbi testes suppositi sunt tormentis. Item in violata maiestate. Itẽ in patria oppugnata vel prodita. Item in crimine peculatus. Item in castris desertis. Item in crimine falsi, vbi ex vtraq̃ parte acerrima fit indagatio: in his, inquam, criminibus specialis abolitio non conceditur. Hæc probantur C. de aboli. l. j. & ij. in fi. &
3 C. de falsis. ¶ †Vbi hęc autem abolitio specialis petita operatur, quòd repetentem accusatorem non admittimus postea: sicut in generali diximus. alium autem accusatore volente admittimus: nisi ille, qui impetrauit specialem abolitionem, impetrauerit à Principe quòd possit illum iterum accusare: vt C.
4 eod. l. j. ¶ †Legalis autem abolitio est, quæ fit seu conceditur à lege, quando accusator est mortuus, vel aliqua iusta causa impeditus: ita quòd in accusatione procedere non possit. ff. ad Turpil. aut priuatim. quo casu finita est accusatio quo ad accusantem: non tamen ob hoc est reus liberatus, quin possit iterum ab alio accusari: vt ñ. q. j. prohibentur. ver
b si. ab alio. [b] & C. si reus vel acc. mor. fu. l. j. & ij. & l. defunctus. Sic ergo eximitur reus ab accusatione, abolitione interueniente: vt in præ. l. si interuenien te. nec accusator incidit in Turpilianum, vt prædixi. & cùm accusator mortuus, vel iusta causa impeditus est, vel fortè impetrauit specialem abolitionem: tunc reus poterit ab alio accusari intra xxx. dies vtiles, vt prædixi de his duobus in eo, qui vult repetere, & currunt hi dies à tempore mortis accusatoris. Item ab illo tempore, quo fuit specialis abolitio petita & concessa, vel ab illo tempore, quo certum est accusatorem impeditum: sicut & in repentinis currere incipiunt post ferias finitas, vt ſ. dixi.
5 & habetur ñ. q. vlti. libellorum. in fi. ¶ †Item nota quòd si reus de crimine falsi accusatur, generali abolitione interueniente, hoc crimen non aboletur: vt dixit lex. ff. ad Turp. Lucius. Sed ibi tantùm datus erat libellus, nec fuerat nomen rei inter reos receptum: ideoq̃ generalis abolitio nõ pertinet ad hoc genus criminis, in quo tantùm datus est libellus: quia tunc potest accusator, etiam sine beneficio generalis abolitiõis recedere per se: nec incidit in Turpilianum: vt ff. eod. quæsitum. Si autem esset vltra processum in crimine: bene sopiretur illud crimen per generalem abolitionem: vt C. ad le. Corneliam de fal. si docueris. & ñ. q. iij. si quem pœnituerit. De his autem, qui ab accusatione desistunt, quando in Turpilianum incidant, dixi ſ. de accusa. §. v. & j. de
6 lit. contesta. an actor. ¶ †Porrò de accusatis nota q̃ non possunt ab aliquo de eodem crimine accusari, si aliàs fuerint absoluti: vt extra de accusa. de his. ff.
c eodem. si cui. §. ijsdem.[c] xxxv. q. x. veniam. Idem est, si episcopo inquirente contra infamatum, & nil contra eum inueniente, reus fuerit absolutus. argumen. extra, de col. dete. c. fina. in fin. cùm inquisitio accusationi succedat, & infamia in locum accusatoris. extra, de simo. licet Heli. & est quæstio venerealis. De hoc plenè secundùm papã extra, de pur.
d c. cùm dilectus. & ſ. de inquisi. §. fi. versic. fi.[d] & hoc non solùm si per sententiam fuerint absoluti: vt in præ. concord. verùm etiam si per dispensationem fuerit crimen remissum pœnitentia peracta: quia crimina semel dimissa, &c. xiij. q. iij. si illic. de pœn. di. iij. diuina. quod dic secũdùm do. meum. in Summa de accu. §. quid sit effectus. sub §. sed nunquid. versic. pœnitentialis. & seq. vel etiam si fuerit reus absolutus ab obseruatione iudicij: vt ff. nau. cau. sta. licet. §. penul. vel si fuerit crimen à parte remissum: vt xv. dist. studendum. & c. si quis. vel si crimen per abolitionem fuerit remissum: vt ñ. q. iij. c. Euphe-
7 mium. §. notandum. & dixi ſ. † Secus si per confessionem occultam sacerdoti factam crimẽ sublatum sit: quia prpptер hoc non cessat accusatio: vt xxx-iij. q. ñ. admonere. quæ dic secundùm do. meum vt in præ. §. si quis sit effectus. sub §. sed nũquid. ¶ Fallit autem quod dixi de sententia in casibus. Primò si secundus potest docere de prævaricatione primi accusatoris: vt ff. eod. de prevari. l. iij. & C. de accu. si quis homicidij. Secundò si prosequatur suam vel suorum iniuriam, & doceat se ignorasse primã accusationem fuisse institutam: vt in præ. §. ijsdem.
8 ¶ †Sed qualiter docebit de ignorantia, cùm semper illa præsumatur: & ex alia parte debet probari scientia: vt ff. de admini. tut. hic autem. & ff. de proba. verius. & Institu. de legat. §. quod autem. R. hoc

a ¶ Senatus. §. fin. facit ad quæstionem quã tractaui de elect. cùm in cunctis. ad fi. 2

b ¶ Versic. ab alio. Vbi de hac triplici abolitione no. extra, de collu. c. j. qd̃ posuit etiã Inn. eo. tit. c. ñ.

c ¶ §. ijsdẽ. Hic interponit author ad ver. Rof. vsq̃ ad ver. fallit. dempto versi. verum etiam. qui cũ prima allegatione fuit Roff.

d ¶ Ver. fi. Hic est error ab additionibus causatus, q etiã j. repetitur: quia quod est in §. pe. post ver. vlti. quærit cum remissione sequenti, totũ fuit additio vsq̃ ad fi. tit. Corrige ergo §. pe. ver. vl. quęritur. & vide quod ibi plenè dixi super remissiõe p̃dicta, q̃ sequitur

a ¶Scãm Rof.Cuius ferè fuit totũ quod procedit. de quo dic vt dixi ſuper rub.

b ¶Ver.fi. Corrige vt dixi ſ.ver. porrò.

c ¶Per totũ. Lex vnica eſt in titulo nõ plus contines,& rubrica & in illo q nõ ícho auit,loquitur, vt a ibi no. Alijs placet, q cùm delin b quẽs dupl'r obli 9 geť,priuato, quẽ leſit,& Reipublicè, vt eſt expreſſum in d.§.quod illicitè. & maximè cũ p ſtatuta terrarũ pœnę delictorũ Reipublicè ſtatuẽtium applicãtur. & eadẽ rõ ſi fiſco eſt iusiã q̃ſitũ vel Reipublicè ex cõmiſſiõe delicti & àctiõe intẽtata, p 10 cõpoſitionẽ ljtigãtiũ auferri nõ poſsit.Facit ff.ad l.Iul.de vi publi. c q cœtu.§.qui vacãtẽ.& ff.ad Silla 11 ni. diuus Marc⁹. & de admini. rerũ ad ciui.perti.l. ñ.§.ius Reipublicę.& ff.de ſer.ruſti.p̃d.& Attilicinus.& d̃ pac.l.fi. Itẽ eſſet abſurdũ q facta ꝓbatione criminis poſſent pœnã criminis effugere. Facit.ff.vi bo.rapt. 12 l.pe.ff. de iureiu. eũ,qui.de fur.inter oẽs.§.j.& extra,de ſent.excõ. cũ d̃ſideres. in fi. & qd̃ ibi no.ĩ p̃. gl. & vide quod ſcripſi de ſimo.p tuas.in fin.ſuper d vlt.glo.Facit etiã quod ſcripſi ſ.de inquiſitio.§.nũc tractemus,ſuper ver.porrò ſi.in fine.& d̃ pœ.poſt inſcriptionẽ.Scripſi ſ.de accuſ.§. 13 v.ante fi.j.col.& quod ſcripſi ſ.de accuſatore.ſuper e finẽ.verſi.ſed pone.ver. circa exceptionẽ pacis.

d ¶Et Pe.de Sam. in decre.at ſi clerici.de iudi.vbi dixi ſuper ver.poteſt.

e ¶Cum ſuis conprobat indirectè docendo ſe fuiſſe abſentem, cùm accuſatio fuerit inſtituta: & ſic potuit ignorare: vt extra,q ma.ac.poſ.cùm in tua. Probat aũt id, quia ſententia iam lata eſt,pro qua præſumitur:vt extra de renun.in præſentia. Idem quoq; eſt, ſi per iuſiurandum delatum reus fuerit abſolutus:quod eſt,ac ſi etiam per ſententiam: vt ff.de iureiur. eum,qui.§. in popularibus. Secus tamen ſi crimen ſit per pactum remiſſum:tunc enim ab alio accuſari poteſt: vt ff.ad l.Iul.de vi pu.qui cœtu.§.qui accuſantẽ. Et eſt ratio in ſententia & iureiurando:quia illa pro veritate accipiuntur: vt ff.de re.iur.res iudicata.extra, de re iud.cùm inter vos.ff.de iureiur.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ſecundùm Rof.[a] ¶Vtrũ ſententia lata per modum inquiſitionis obeſt volẽti accuſare:no.ſ.de inquiſitio.§.fi.ver.fi.[b] ¶†Quid ſi accuſatus de aliquo crimine compoſuit cum accuſatore:nũquid iudex poterit in accuſatione procedere? Et videtur q̃ non:quia prætor nihil aliud agit,niſi vt lites dirimat:vt ff.de noui ope.nun.l.j.§. poteſt autem.ad fin. §. ad idem. extra,de dolo & contu.c.fina.v.q.ñ.ſi primates.vbi de hoc.extra,de tranſact.c.fi.ff.ſi cer.pe.quidam T. Tamen quidam dicunt contra:vt ff.de pub.licitatio.§.quod illicitè. C.de off.rec.pro.iuſtiſsimos.ibi:cenſuræ noſtræ vigore &c.aliàs crimina remanerent impunita:quod eſſe nõ debet: vt ff.ad l.Aquil.ita vulneratus.& extra,de ſen.exc.vt famæ.quod fortè verum eſt in crimine publico: vel in quo non licet tranſigere.quod dic prout no.ñ.q.iñ. Euphemiũ.§.notãdũ.& extra de col.dete.c.j.& C.de tranſact.trãſigere. In aljs aũt non poterit iudex procedere. ¶†Quia accuſatio illaudabile genus intẽtionis eſt:vt ñ.q.vñ. ſi quis eps. & regulariter nemo inuitus cogitur agere, vel accuſare: vt C.vt nemo inuitus agere vel accuſare co.p totum.[c] Sed nec in denunciatione admittitur cõpoſitio,ad quã aliàs quilibet tenetur:vt e.q. quia propter. ¶†Sed cùm ſuprà dixerim,crimen per diſpẽſationẽ remitti peracta pœnitẽtia:& probatur extra,de iudi.at ſi clerici.quæritur:ecce proceſſum eſt cõtra aliquẽ in iudicio accuſationis vſq; ad ſententiam:& tũc probat accuſatus de illo crimine pœnitentiã ſe egiſſe, nunquid inuito accuſatore poterit eps cum tali diſpenſare? Videtur q̃ non:quia accuſator in probatione deficiens calumniari præſumitur: vt extra de calum.c.j.& eandem pœnam ſuſtinere debet, quam accuſatus conuictus ſuſtinere deberet.ñ.q.iñ. qui non probauerit. vnde iniuriari videtur eps accuſatori,ſi diſpenſaret cum accuſatore. ¶Itẽ vbi certa pœna ſtatuta eſt à iure, ipſam infligere debet iudex.extra,de off.dele.de cauſis. ¶†Nã pœnæ perſecutio non mandatur voluntati iudicis, ſed authoritati legis reſeruatur: vt ñ.q.iñ.c.ſi quem. §.notãdũ.ver.ſi verò in.Sed dic cõtra. nã cùm hoc beneficium ſit ei à iure cõceſſum: vt extra,de iudi. at ſi.non eſt ſibi negandũ.xxviñ.di.de his.extra de ſecun. nup.c.pe.& fi.nec iniuriatur eps accuſatori, dũ vtitur iure ſuo.extra de elect.cũ eccleſia vultera na.ff.de iniur.l.iniuriarũ.§.j.ſecũdùm G.Na.& Pe. de Sam.[d] ¶Sed nunquid poterit diſpenſare cũ accuſatore in probatione deficiente.de hoc ſuprà de legato.§.nunc de eporum.ver.ſed nunquid tñ. Sed nunq̃d poſtq̃ quis eſt condẽnatus, poterit cum eo eps diſpenſare? De hoc eo.ti.§.nunc oſtendendum. verſi.ix. ¶Quid iuris ſit,de his diſpenſationibus:& qui & cũ quibus eas faciant:& de effectu earũ plenè dixi in præ.c.at ſi clerici.in gl.mea. & ſ. de legato.§.præmiſimus.& ſequen. ¶†In ſumma nota q̃ deſiſtens ab accuſatione citra abolitionem,punitur in quinq; lib.auri:vt ff.de præuari.l.iñ.ñ.q.iñ. d.c.ſi quẽ.§.notãdũ.ver.præuaricator.cũ ſuis cõcor.[e] Nã abolitio pœnam remittit.ſed infamiã nõ tollit: vt in eo.c.§.deſtitiſſe.in fi.& ver.indulgentia. Itẽ abolitio priuata à præſidibus ſedentibus pro tribunali,& non de plano,impetrari ſolet:nec præſes hanc cognitionem alteri demandare poteſt.& cùm quis alterum de pluribus criminibus accuſat de ſingulis petere debet abolitionem. alioquin incidet in Turpilianum pro illo,de quo non petierit. Et hæc leguntur in præ.§.notandũ.ver.abolitio. Vtrum autem de crimine liceat tranſigere vel paciſci, notatur ſ.de accuſatore.verſicu. item repellitur.

Purgatio quid ſit,& qualiter fieri dicatur.

SVMMARIVM.

1 ☞Purgandus corporaliter iurare debet ſe immunem à crimine,vnde & dicitur infamatus.
2 Voluntas in actum prodiens,dicitur conſenſus cooperationis.
3 Compurgatores corporaliter qualiter iurare debeant.
4 Accuſator non probans,niſi de ſola fama,an pœna talionis puniri debeat.
5 Infamia ab vno tantùm orta,qualiter ſit purgãda.
6 Infamia ab inimicis orta,an ſit purganda.
7 Purgare ſe poteſt quis non ſolùm à crimine, ſed etiam ab irregularitate.
8 Purgare ſe debet publicè, qui apud populum infamatus eſt.
9 Accuſatio an ſit admittenda poſt receptam purgationem.

NVnc de purgatione dicamus. Et nota quòd qua litercunq; de crimine cõtra aliquẽ actum ſit, ſi non ſit conuictus & confeſſus,& mala fama perdurat, monebit eum iudex,primò ſeorſum:poſtea coram teſtibus,vt ſe corrigat,quod ſi non fecerit,ſuſpendat eum vſq; ad dignam ſatisfactionem:vt extra e. tit.c.ñ.& c.ex tuarum.iñ.q.iñ.quia ea.ñ.q.v.presbyter.Et ſic intellige illa iura,& alia de ſuſpenſione loquentia infamati. Nec obſt.ñ.q.j.nomen.& extra, eo.inter.vbi videtur infamis ſtatim ſuſpendendus: quia illa,& ſimilia,loquuntur vbi enormitas vel ſcãdalum hoc inducit.Digna ergo ſatisfactio eſt,quia ad purgationem canonicam eſt cogendus:vt extra de purg.ca.cum P.& c.pe.& fin.& extra de teſtib. tam literis.nec eſt vis quantum ad hoc,à quibus infamia orta fuerit:vt no.ſ.de inquiſi.§.nunc tractemus.ver.quòd ſi crimen.& ſi eam præſtare noluerit,vel in purgatione facienda defecerit:tanq; conuictus de illo crimine debet puniri:vt in præ.c.cùm P.& extra,de ſimo. de hoc.& ca.inſinuatum, ſed ſi infamatus nõ eſt,in nullo caſu eſt ad purgationem cogendus: vt vj.q.vlti.c.fin. In crimine verò notorio purgatio non eſt indicenda,nec oblata ſuſcipiẽda: quoniam abſq; teſtibus poteſt condemnari:vt extra,de purg.ca.c.pen.§.his igitur. Quæ dic vt ſ. de notorio crimine.§.fi.verſi.Pe.de Sam. ¶Et cùm hæc materia plenè ſit per doctores notata, hic ſolũ de forma ſacramẽti purgandi & compurgatorum dicamus.[f] ¶†Iſigitur,qui purgandus eſt, corpora f liter iurabit[g] ſe immunem eſſe à crimine, ſup quo 1 dicitur infamatus: vt extra,de purg.ca.accepimus. g & c.conſtitutus.vel ſpecificabitur forma ſacramenti:vt ecce,ſi epiſcopus de ſimonia accuſatur, ipſe iurabit quòd pro tali eccleſia vel pro tali re ſpirituali danda,ſeu concedẽda,nec ipſe per ſe,nec per ſubmiſſam perſonam,nec alius pro eo ſciente pretium recepit.eodem titu.quoties.nec mandauit, nec conſilium dedit,nec authoritatem præſtitit.l.diſtinct.ſi quis viduam.ñ.q.v.auditum.extra,eo.quoties.Poteſt etiam addi, quòd nec ratum habuit, ſi quid eius nomine factum fuerat.extra,de reſtitu.ſpol.cùm ad ſedem.ff.de vi & vi armata.l.iñ. §.cùm procu.Qui dam etiam addunt: nec volui.argumentum j.q.iiñ. quia præſulatus. Sed †hoc non admitto,niſi de vo- 2 luntate, quæ in actum prodierit, quæ dicitur conſenſus cooperationis. argumen. xxiiñ. q.vltima.ca. fina.extra de offic.delega.c.j. Et ſecundùm hoc dic nec cooperatus fui.argumen.ñ.q.prima.nomen.in fi.extra,de homi.ſicut dignum.Quidam etiam addunt:nec ſciui: vel ſciui,ſed prohibere non potui. lxxxvj.diſtin.facientis.ñ.q.vij.negligere. extra, de ſenten.

f ¶Nunc de purgatiõe dicamus. Ponit & ampliat verba Roff.rubrica de fama & forma ſacrĩ purgandi & purgatorũ.

g ¶Iurabit. Etiã ſi ipſe infamatus non uiſſet non iurare, vide de accuſatore.§.j.verſi.ſed ſi iurauerit.cũ ſuis remiſsionibus.et qd̃ ſcripſi in q. xlix.Bar. Brix.d̃ offi.ord.quia plerq;.libr.vj.in gl. pen.

ADDITIO. Adde tu an ſit ĩdicẽda purgatio iuratoriæ, Ioã.de Turre crema.in c.cõſuluiſti.ñ.q. iiñ.& in c.omnibus. eadẽ q̃one. vbi an reo petente q̃ vult probare bonam famã: ceſſet neceſsitas purgationis. Vide omnino per eum Henri. Fer.

a ¶De testi.ad literam fuit Rof. vbi ſ.

b ¶Vt ibi.dicit hic Bern. ſecundùm Tãc. p̃. c.qni nõ 3 ꝓbauerit.ñ.q.iĩj. & qa ꝺbebat hr̃e probatiões luce clariores . ĩ . q̃o. viĩj.ſciãt. Nil aliud alĩ.ꝓ hac.Dama.q.ĩ.de purg. a ca. addit ꝙ ex q̃ 4 deficit in probatiõe,qcqd de purgatione veniat, puniendus eſt. b

c ¶Cũ ĩ iuuẽtute. 5 Ibi ad literã poſuit Vin. hãc q̃ſtionẽ & ſequentem illam primò, ſecũdò hãc,& in c vnica gl.vide qꝺ 6 dixi de accu.qualiter.ſecundo.ſuper v.gl. d

d ¶Alĩ.Ber.eo.ti. c.pe.in gl. pe.

e ¶In primis concor.ſcꝺm Vĩ.q ponebat hic verſus,quos author nõ curauit,& meritò,qa corrupti. e

f ¶Cũ oporteat. 7 Vide qꝺ ſcripſi ĩ p̃.decre.ex pte. ſuper vlti.glo.

g ¶C.ſi.vt videas, author hæc iura inducit ad ſimile ꝓpter qꝺ poſſet ſuperior id facere,ſi vellet : ſed nullo iure ad hoc adſtringiẽ:tñ poteſt addi qꝺ ſcripſi ĩ decr. ex tuarum.eo.tit.ſuper vlt.glo. f 8

h ¶C.ex tuarũ.Et vide qꝺ ſuper ea dixi diſtinguendo an abſolutio ſecuta fuerit purgationẽ, vel nõ. g fuit etiã hęc quę 9 ſtio venerealis. lxxj.diſtin.vt ibi videre poteris, vbi recitatur cõmunis opinio.

ſenten.excom.quantæ. Si verò ſuper alĩs criminibus fuerit infamatus,iurabit,vt dixi,ꝙ ſit immunis ab illis:vel ſub expreſſa forma,videlicet quòd ſimoniam,venditionem iuſtitiæ & incontinentiam non commiſit,poſtq̃ ad epiſcopalem dignitatem fuerit aſſumptus vt in præ.c.accipimus. ¶†Cæterùm cõ purgatores corporaliter iurabũt ſuper ſancta Dei Euangelia ꝙ ipſi creduntillum verum iuraſſe:vt in præ.c.quoties. vel iurabunt quòd ſecundùm ſuam conſcientiam ſit immunis ab illo crimine, & ꝙ bonum exhibuit iuramentum: vt in præ.c. cõſtitutus. vel ꝙ credunt illũ dicere veritatem.qui purgatur vt eo.ti.de teſtibus.[a] ¶†Sed pone, T. accuſauit P. qui cùm non potuerit aduerſus eum,niſi de ſola fama probare : indicta fuit accuſato propter infamiã purgatio, in qua quis deficit, depoſitus eſt : quæritur an accuſator puniatur pœna talionis. Reſpõ. quæſtio venerealis eſt,& ſoluitur ꝙ ſic.dic vt ibi.[b] ¶†Quid ſi aliquis infamatus eſt apud bonos et graues, infamia tamen tantùm ortum habuit ab vno? Reſpondeo,dic ꝙ debet ſe purgare.extra, de adulte,ſignificaſti.& arg.extra,de reſcrip. ſi quando.de pœ.di.j.importuna.ſecundùm Vinc.qui hoc not. extra,de præſump.cùm in iuuentute.[c] ¶†Quid ſi liquere poteſt infamiam ortam eſſe ab inimicis? Reſpon.non eſt purgatio indicenda reo. ĩ.q.v.omnibus.extra,de accuſa.qualiter.xj.q.iĩj.in cunctis. Alĩ[d] dicunt ſufficere vndecunq̃ orta ſit : duntamen apud bonos grauata ſit eius opinio.argu. extra de p̃ſumpt.cùm in iuuentute.& c.accedẽs.xxiĩj.q.iĩj. ecce. Tu dic ꝙ ſicut non valet teſtimonium ab inimicis prolatum,nec iudex ſecundùm illud ſententiare debet:vt extra,de ſimo.licet.& c.per tuas.extra,de accu.cùm oporteat.extra,de re iud.cùm I.& A.ita nec propter infamiam ab eis ortam indicenda eſt reo purgatio,vt in primis concor.[e] ¶†Item nota quòd purgat quis ſe non ſolùm à crimine:ſed etiam ab irregularitate:vt extra, de pur.ca.accedẽs. ¶Item purgat ſe non ſolùm clericus,ſed etiam laicus:vt eo.tit.nos inter.Item & mulier.eo.titu.moniales.¶Illud etiam ſcias,ꝙ epiſcopus ſibi ſuſpectos poteſt ad purgationem cogere. ĩ.q.v. omnibus.extra,de offi.or.ex parte.in fi.quod verum eſt, quando ingens eſt præſumptio contra eos: aliàs non.ĩ.q.j.primo.lxxxvj.diſt.ſi quid verò. extra de ſimo.licet.niſi infamati ſint apud bonos & graues: vt extra,de purg.ca.cùm in iuuentute.De hoc not. ſecundùm papam extra de accuſ.cùm oporteat.[f] ¶†Hoc etiam nota ꝙ infamatus apud populũ,debet ſe publicè purgare: ſi apud clerum,coram clero:& in vtroq̃ caſu coram iudice .xxiĩj.diſt. illud. ĩ.q.v.p̃sbyter ſi.& c.omnibus.xv.q.v.de crimine. ĩ.q.j.ſi peccauerit.xlv.diſt.ſed illud.¶Item nota ꝙ priusq̃ recipiatur infamati purgatio,denũciari debet publicè: vt qui voluerit accuſare,procedat intra certum tempus ſuperioris arbitrio moderandum: vt extra,qui fil.ſint legit.lator.extra,qui matri. acc. poſ.c.ſi.[g] ¶†Sed nunquid poſt purgationem recep tam aliquis ad accuſationem admittetur? Reſpõ. vtiq̃ ſi ſua iniuriam proſequat̃,& probet ſe neſciuiſſe purgationem indicendam:aliàs non. ff.de accu.is,qui.§.ĩſdem.extra,de accuſ.de his.ĩ.q. v.habet hoc.ff.nau.cau.ſtab.licet.in fi.vel niſi doceat colluſionem interueniſſe.ff.de iureiu.eum qui.§.in popularibus. De hoc extra,eodem.ex tuarum.[h]

h

LIBER QVARTVS ADDITIONVM

in Speculatorem, Authore Ioan. And. excellentiſsimo I.V. & vnico ornamento, & facilè principe, ſuo ac recto ordine ſequitur.

De libellorum conceptione Rubri.

¶Pyleus de hoc tractat in principio,& Rubri.prima.Bonagui.non fecit de his rubricam:ſed,vt dixi ſ.de actore:ſuper rubrica poſuit xĩj.cauſas ad repellendum actorem in ciuilibus : & ſub x. dixit eum repellendum,ſi actionem non edit,ſed edit incompetentem, vel libellum non offert, agendi cauſam lucidè continentem:vel ſi rei,quam petit, deſignationem certam non facit.¶Tanc.non fecit generalem tracta.de hoc, ſed ſex rubricas poſuit in parte ſecunda de ſex libel.primus in cauſa criminali. tres in tribus poſſeſſorĩs recuperandæ & retinendæ: quintus in p̃ſonali actione : ſextus in reali.¶Roff. plenè proſequitur hanc materiam in libel.iuris ciuilis rubrica xj.vſq̃ ad xxvĩj.incluſiuè.¶Et ſcias ꝙ author, qui multa auxit ab eo in hoc opere, in tractando diſcordat ab ipſo:quia Roffr.prius in materĩs ponit poſitiones actoris & rei,& demum libellos : author primò libellos, & demum poſitiones, quod plus ordini iudiciario congruit. ¶Vbert. de Bobio non fecit rubricam de materia, vbi tangit j. dicam.¶Io.de Deo cauil.lib.ĩj.in fin.fecit rubricas de libellis formandis, porrigendis, recipiendis, & impugnandis : & in libro iudicum primo rubrica v.& ſecundo.ĩj.rubrica.iĩj.cum viĩj. rubricellis ſeq. & lib.iĩj.de impugnatione libel.¶Vber.de bo.ſub ĩj.rubri.de excep.contra agentem ponit multos caſus, quibus ineptitudo libelli vel petitionis vel actionis repellit agentem:& maximè à verſi. generaliter.vſq̃ in fi.¶Bonaguida non ponit tractatum generalem:ſed in parte ſecunda ponit multas formas libellorum vſq̃ ad titu. de appellationibus. & aliquas poſt.ſub forma tamen ſecunda,dat doctrinam circa ipſorum formas, quo ad tria, quæ videbis j.eo.ti.in fi.¶Ioannes de Blanaſco in princ.ſui operis de hoc poſuit ſex rubricas. & fuit prima:an ſit aliquid faciendum ante libelli oblationẽ.¶Ægidius etiam non fecit tractatum generalem:ſed poſuit certas formas libellorum.Rubric.ſ. xxĩj. xxiĩj. cum duabus ſequentibus,& aliĩs multis.¶Bernardus Dorna.in princ.ſui operis pro rubrica ſummã de libellis tradens materiam per x.rubricas immediatè ſequentes.¶Gul.Anglicus materiam libellorum incipit proſequi ſub rubrica de edendo,ponẽs etiam formas vſque ad tractatum de iudiciĩs, poſt quem incipit à Publiciana.¶Albe. Gal.facit ſpecialem rubricam de libel.obla.¶Odof.tres rubricellas præmiſit circa tractatum libellorum, poſt quas incipit à Publiciana.¶Nepos de monte Alb.fecit rubricam contra libel.¶Guido de Suza.tractat in princip.quid debeat contineri in libello:& qualiter excipiatur in actione generali, & qualiter in ſingulari.¶Gallicus char.j. ver.ſi autem reus.generaliter materiam ponit,& certas formas vſq̃ ad rubricam de excep.& ſicut author in fin.huius tit.vult tit. de actio.vel petitio.hic intelligi petitum:ſic & hic dicta de practicis authoribus & aliĩs,precor etiam ibi conſcripta cenſeri. Præmitto etiam quòd titulum de lib.obla.breuitatis cauſa allegabo vt eundẽ cum iſto:cùm & hic de ipſius oblatione tractetur.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

Liber quartus.

De libellorum conceptione Rub.

SVMMARIVM.

1 ☞Homo rectus factus est, sed seipsum propter suam malitiam infinitis miscuit quæstionibus.
2 Humana iura quare sint adinuenta.
3 Vsus & ars docuit, quod sapit omnis homo.
4 Experientia fecit artem, & omne artificiū per exercitium recipit incrementum.
5 Frequens meditatio, carnis est afflictio.
6 Periculum circa libellorum conceptionem immīnens, cauendum est.

a ¶L. solent. Naturalis hoc dicit l. solent. dicit q cōuētio in se habet aliqđ negotium.

Ormauit deus hominem ad imaginē & sīlitudinē suā: vt xxxtiñ. q. v. hæc imago. & de pœn. di. ñ. principiū. cū q ius naturale ꝓdīxt. Postmodū lex data est ꝑ Moysen, & alios ꝓphetas. Demū succesit Euāgeliū: q̄ dic vt s. in ꝓœ. ꝓpe princi. Sed qa humana natura ꝓna est ad malū, vt xñ. q. j. oīs ętas. & q̄tidie nouas deproperat edere formas. C. de veter. iure enu. l. ñ. §. sed qa diuinæ. & extra, in ꝓœmio decre. in prin.

1 cū suis cōcor. iuxta illud Eccle. c. vñ. in fin. ¶ †Fecit Deus hominē rectū, & ipe se infinitis miscuit q̄onibus, & pp hominū malitiā factum est vt plura sint

a negotia, q̄ vocabula. ff. de p̄scri. ver. l. solēt.[a] ideoq̄ cū lex Euāgelica nō videretur sufficere ad emergētiū decisiōes causarū: †humana iura inuēta sunt, vt

b ¶Errore. Extra de immuni. eccl. aduersus. ver. cæterùm. 2 per ea hominū coerceatur audacia, tutaq̄ sit inter īprobos innocētia. iñ. di. factę. & vt hoīes discāt honeste viuere, alterū nō lędere, ius suum vnicuiq̄ tribuere: vt extra, in ꝓœmio decre. & ff. de iusti. & iu. l. iuris p̄cepta. & vt boni inter malos q̄tè viuāt: vt xxiñ. q. v. nō frustra. & ne qs authoritate ꝓpria sibi p̄sumat sumere vltionē. C. de Iudęis. null⁹. xxiñ. q. j. c. q̄ qdē iura inutilia essent, nisi forēt ꝑ q̄s regerētur: vt Insti. de iur. na. in fi. ad qđ nēpe regimē experiētia summè necessaria est: vt xlv. di. licet. & l. dist.

3 vt cōstitueret. ibi: exptus credo &c. ¶ †Nā vsus & ars docuit quod sapit oīs hō. & scđm Aristotelē in prin. Metaphysicę experiētia fecit artē, & oē artificiū ꝑ exercitiū recipit incremētū. ff. de auro & arg. le. l. seruis legatis. §. ornatricib⁹. Ad iuris ergo & iu

4 stitię regimē & exercitiū ptinet, † vt offerat ei libellus, q vocat in iudiciū: vt C. de lit. cōtest. aut. offerat. q̄ est iñ. q. iñ. §. spatiū. in q̄ qdē mēs, intētio & actio actoris cōtineri debet: vt C. de edē. edita. & inferi⁹

5 apparebit. ¶ †Vñ licet frequēs meditatio sit carnis afflictiō, vt in libro Ecclesiastes. c. xñ. tñ curare & vigilare debet cāę patron⁹: vt eū ritè cōcipiat ne cliētulū exinepta cōceptiōe cadere ab actiōe cōtīgat: vt extra, de iudic. examinata, & ff. si mē. fal. mo. di. l. vnica. rñ. j. C. đ formu. & earū impe. l. j. nā iuxta formā petitionis snīa debet dictari: vt extra de simo. li

6 cet Heli. & de accu. qua ꝓr. ñ. ꝓpe fi. ¶ †Cū igit circa libellorū cōceptionē grāde piculū immineat, & quasi tota vis iudiciorū ī eis ritè cōcipiēdis cōsistat, paucięq̄ repiant in hoc plenè īstructi, imò null⁹ est,

b q̄ plerūq̄ in his vano nō abducat errore:[b] ꝓinde in hac quarta parte doctrinā sup hoc intēdo vtilē tradere, ꝓut Spiritus Sancti gr̄a inspirauerit, iugisq̄ causarū experiētia edocebit. ¶ Hic aūt morē ī hac quarta ꝑte seruare disposui: nā titulos libri Decretaliū, velut cūctis iurisperitis notos, ꝓsequar sup quolibet libello formādo, & ad canonistarū instructionē libellos ciuiles cū positionibus ꝓut possibile fuerit, & a legū ꝓfessorib⁹ est traditū, inferendo: nō q ipas positiōes semp forè sequēdas asserā: cū aliquę earū sint negatiuę, aliquę ētiam ptinētes, aliquę verò videātur positę solū ad instructionē materię, sup qua formātur: sed ex ipis aliq̄ ꝓut negotiis solers causidic⁹ videbit cōgruere, assūmātur: nō nūq̄ formas ētiam instrōrū in diuersis cōtractibus & alias vtiles adnectēdo. ¶ Vbi aūt diuersę libellorū formę legales in hoc tractatu insertę inueniātur: dixi s. de act. seu peti. §. postremò. Hęc aūt quarta ps in qnq̄ subdistinguet ptes: qa totidē liber decretaliū habet ptes. ¶ Pri⁹ aūt q̄ ad hāc pueniatur doctrinā, p̄notādū ē, qd sit libell⁹, & vñ dicat. ¶ Quot sunt spēs libellorū. ¶ Quot modis accipiat libell⁹. ¶ Quid cōtinere debeat. ¶ An sit de substātia iudicij. ¶ An actor possit ab eius prosecutiōe desistere. ¶ An possit mutari vel emēdari. ¶ Quis sit eius effectus. ¶ In qb⁹ causis offerat, vel non. ¶ A quo, & cui. ¶ Qñ, & vbi offeratur. ¶ Qualiter concipiatur. ¶ Qualiter porrigatur, & recipiatur. ¶ Qualiter impugnetur. ¶ De cautelis circa eum adhibendis.

SVMMARIVM.

1 ☞Quid sit libellus, & vnde dicatur.
c Libellus est breuis mēbrana,[c] actoris petitionē, & eius
1 cām & actionē cōplectēs. Vel sic: †Libellus est scriptura agētis quęstionē cōtinēs, & futurā actionē depromēs: vt extra, de lib. obl. c. fin. C. de edē. edita. ¶ Dicitur autē libellus à li-
d bro[d]. est em̄ diminutiuè dictū, propter sui breuita
e tē: sicut & codicillus à codice diminutiuè dict⁹ est.[e]

SVMMARIVM.

1 ☞Quot sunt species libellorum.
1 Species †libellorū duę sunt: ali⁹ em̄ est accusatorius, qui
e inscriptio nuncupatur: vt ñ. q. j. legū. & q. viñ. libellorū. & C. qui accu. nō poss. qui crimē publicum. Alius aūt est cōuētionalis, seu postulationis, qui in ciuilibus porrigitur: vt extra de lib. ob. c. j. & c. fi. & in auc. colla. viñ. de liti. §. si verò. & de exhi. & intro. re. §. illud quoq̄. co. v. Et iste
f libellus[f] qñq̄ vocatur simpliciter libellus: vt iñ. q. iñ. c. inducię. §. offeratur. & auc. libellū. C. de li. cōte. qñq̄ reclamantia: vt Bononię, & in quibusdam locis prouincię: vt extra de lib. ob. c. j. Nonnunq̄ verò petitio: vt Romæ: vt in Romana curia à plerisq̄: vt extra, de lit. contesta. c. vnico. extra de elect. dudum. ñ. §. licet autem. j. §. proximo.

SVMMARIVM.

1 ☞Quot modis accipiatur libellus.
1 Quot †aūt modis libellus accipia
g tur, vidēdū restat.[g] Et qdē libellus nomē plures habet acceptiōes, qñq̄ em̄ đr paru⁹ libell⁹ vel codicill⁹: vt ff. de tab. exhi. l. j. in princ. extra de sum. tri. c. ñ. in prin. & s. §. est aūt. Qñq̄ ponit ꝓ pane azymo seu subcinericio. C. de epi. au. iudices. Qñq̄ ꝓ p̄cib⁹ prīcipi oblatis. C. qñ li. princ. ob. lit. cō. fa. l. j. & ñ. ff. de arb. nō distinguem⁹. §. cū qdā. Qñq̄ ꝓ iudice delegato.[h] ff. de of. ꝓcōsul. nec q̄q̄. §. vbi. ff. de reg. iur. oīa. Qñq̄ ꝓ scriptura demādatoris. C. de p̄dīs & al. re. mi. l. minorū. Qñq̄ pro scriptura recusatiōis: vt C. de iud. aptissimi. Qñq̄ pro scriptura, quā vir mittit vxori, quā repudiat. extra in ꝓœmio Decre, & xxxiiñ. q. ñ. nō sat in fi. & iñ. di. §. offm̄. Qñq̄ ꝓ scriptura appłonis: vt ff. de ap. l. j. §. fi. & ñ. q. vj. §. si qs libellos. Qñq̄ ꝓ scriptura, quā iudex dat appellāti, aliàs vocātur apł. ff. de lib. di. l. j. q̄ ē iñ. q. vj. post appellationē. & extra de ap. cordi. ¶ Qñq̄ pro petitiōe principi oblata. ñ. q. vj. ei q. iō qñq̄ ꝓ scriptura infamatoria. v. q. j. hi, q. & l. si qs. Qñq̄ đr libell⁹
i cōuētionalis: vt Instit. de[i] act. §. triplici. in auc. colł. v. de exhi. & intro. reis. §. illud q̄q̄. in auc. col. viñ. đ liti. §. si verò. & s. §. ꝓxi. extra de lib. ob. c. ñ. siue rñ siōis. in auc. de exhi. & intro. reis. §. sancim⁹. in susceptо. siue reclamatiōis extra, de li. ob. c. j. & sic sumit q̄ad p̄ns ꝓpositū. & hoc in ciuili cā, siue accusationis, siue

POSITIO AC.Pono qꝺ tu es monachꝰ Andreñ monasterij.extra,de ele.cõstitutis. Itẽ vacante monasterio de facto fuisti electꝰ in abbatẽ ipsiꝰ monasterij. ¶Itẽ de antiqua consuetudine vacante monasterio Andreñ.monachi Andreñ.consuerunt ibi abbatẽ eligere de monasterio Carofeñ. vt in præce.decre. & c.abbate.Itẽ qꝺ hoc tanto tpe obseruatũ est,qđ de eiꝰ cõtrario memoria nõ existit.ff.de aqua plu.ar.l.j.in fin.ff.de aqua quoti.& ęsti.l.hoc iure.§.ductus aquę. Itẽ, qꝺ tales & tales sic fuerũt electi.Itẽ qꝺ hęc cõsuetudo est p̃scripta. extra,eo.c.fi.Itẽ qꝺ fuit obtẽta in cõtradictorio iudicio.extra,de ver.sig.abbate.extra,de re iudi. cũ cã,quę inter.ff.de legi.cũ de cõsuetudine. ¶Reus ponat ecõtra,& aliâs faciat fecũdũ ea,q̃ no.vij. distin.frustra.& extra,eo.c.fi.Sup seruitijs aũt consuetis p̃stari,cõcipe libellũ vt j.de cẽsi.Si sit diuersa cõsuetudo rei,iudicis,actoris,& loci cõtractus: q̃ ex illis seruabit,not.s.de fer.§.j.ver.sed pone.& secũdũ papã extra,de cõsue.sup rubri.Ibi etiã no. 3 †vtrũ extraneus teneat,si facit cõtra cõsuetudinẽ loci,ad quẽ declinat.& de hoc s.ti. ꝓxi.¶Quãto tẽpore cõsuetudo prescribatur:& an talis præscriptio interrumpatur:& quę sit differentia inter cõsuetudinem & præscriptionem:not.j.de præscriptio.ver.de consuetudine.& sequen.

c *De postulatione* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Postulatio quid sit, & an differat à petitione.
2 Postulatio quibus sit publicanda.
3 Postulatio per modum scrutinij facienda,qualiter sit formanda.
4 Electores dubitantes an aliquis sit eligendus, vel postulandus,qualiter loqui debeant.

1 POstulatio † est gratiæ petitio.Nã ad eam admittẽdam superior ex gratia mouetur:cũ ex ea nulli ius tribuatur. extra, eo.bonę.ij.Cũ ergo actio sit ius prosequẽdi in iudicio,qđ nobis debetur,vt Insti.de actio.in prin. ad eam qdẽ petẽdã nullã competit actio.ff.de adimẽ.leg.rẽ legatam.ff.de euic.ad res donatas.quare libellus non est in ea necessarius:petitio tamen superiori potest porrigi in hac forma:

☞FORMALI.¶Corã vobis sanctissimo patre dño Clemẽ.&c. ꝓpono ego talis syndicus seu ꝓcurator capituli talis ecclesiæ,quòd ipsa ecclesia pastoris solatio destituta,canonici ipsius ecclesiæ de electione tractãtes futuri põtificis:vocatis omnibus,q voluerũt,potuerũt,& debuerũt cõmodè interesse:demũ post varios & diuersos tractatus,in tres ex seipsis, videlicet in tales ptãtem ꝓuidẽdi de pastore ipsius ecclesię vnanimiter trãstulerũt:q talẽ hominẽ vtiq; honestę cõuersatiõis: c sufficiẽtis literaturæ &c.in epm & pastorẽ ipsius ecclesiæ postulauerũt:quã postulationẽ alter eorũ suo & aliorũ nomine in cõmuni publicauit: quare supplico nomine dicti capituli postulationem ipsam de benignitate & gratia sedis apostolicę admitti & approbari:dictũq; postulatũ eidẽ ecclesiæ per vos cõcedi in epm & pastorẽ:vt extra,eo. d c.ij.iij.& iiij.[d]¶† Et not.qꝺ postulatio publicãda 2 est capitulo,& nõ populo:vt ꝓbat & not.secũdũ e papã extra,de elect.in causis.versi.post modum[e].

De postulatione. Rubrica.

¶Roffre. De hac tractat in libello iuris canonici.in fine primæ diuisionis, quę fuit de electionibus & postulationibus. Et vide quod dicam super rubr. sequen. Guido.Mandago.tractat de hac parte in cap.liij. & duobus sequenti. & in tribus Rubricis illas sequentibus mistim tractat de his,quæ electis & postulatis incidunt.

d ¶Et iij.Hanc formam posuit Roffredus in libellis iuris canonici.vbi ponit libellum in postulatione. Mihi non placet ille libellus , in quo nulla causa postulationis exprimitur.Si fuisset episcopus ille postulatus illud sufficeret , vt probant illa iura puto tamen actorem excusari : quia simul cum hac petitione porrigebatur postulatio,in qua expressa erat postulationis causa:puta defectus natalium,ętatis, vel ordinis. de electio. innotuit.& c.cum nobis.& c.dudum.j.

e ¶Versicu.postmodum.Ibi scripsi,super verbo. publicarunt,secundùm eum,quod consuetudo seruat contrarium.

a ¶Prout meli⁹ valere poterit. Et de iure ista vltia p verbū singlare ꝓbata, est hodie pp dubiū approbata: p̄cedēs verò reprobata. quod dic vt eo. ti. c. vno. li. vj. quòd in dubio iure, ꝓpter opiniões. ibi dixi sup gl. in hoc.

b *De electione.* *Rubrica.*

¶Est sciēdū quòd Guido Magado 3 postea archiepisco pus Ebreduñ. & denum Cardinalis, composuit libel lum de electionibus faciēdis, quem per modū textus & glossarum ordi nauit: & trāsmisit domino Berengario etiā postea Car dinali sed prius epi scopo Biterēñ. quę dominus Berēgarius versa vice o 4 pus, quod p alpha betū super summa a Hosti. cōposuit, & vocauit oculū copiosè dicto domino Gui. direxit. Ipse aūt dñs Guido in libello prędicto plano stylo loquēdo ignaros faciendarū electionū in iure & facto plenissimè informauit, quē libellū per certos legū doctores obnixè rogat⁹ inq̄tū iura noua illum secuta, scilicet sexti, cuius prædicti ambo cōpositores fuerūt, & Cle- 1 mentinarū, exigūt 2 breuissimè refor- 3 mauit, & quia ad practicā illā hodie 4 cōiter recursus habetur: hic breuius pertrāsibo, cū etiā 5 ibi glo. de theorica & materia satis tra 6 dāt. ¶Est secundò 7 sciendū, quòd be- 8 ne Cōpostel. antiquus fecit Summā de materia electio 9 nū satis breuem & vtilem, quam per 10 Rubricas diuisit: in qua fecit prœmium incipiens, quanquam plerique. Fecit etiam conclusionē per versus tales: Hoc Bernardus opus fecit, non sine labore. Sed labor est facilis, quādo superat amore. ¶Tertiò sciēdū est, q̄ Roff. finito opere libellorū in iure ciuili, formare voluit libellos in iure canonico, & in ipsius operis principio, opus diuisit in xñ. partes, quarū prima fuit de electionibus, & postulationib⁹. & hæc habet circa v. chartas. Secūda fuit de iuribus episcopalib⁹, metropoliticis, & archidiaconalibus. reliquas partes videas. Sed hoc scias, quòd quinq̄ vltimas nō habem⁹. finit em̄ opus in vñ. Si morte vel alr id euenerit, hoc ignoro. Hoc etiā scias quòd Roff. in tractatu electiōis vltra libellos in fi. posuit formas de req̄rēda licentia Imperatoris vel Regis super electiōe fiēda, & de petēdo cōsensu electionis iam factæ. hic author & Gul. non curarunt de his. eo. ti. cū terra. in fi. & c. quod sicut. & vide quod ibi scripsi in prin. Libellos etiam formauit Bonaguida sui operis parte ñ. in prin. ¶Quartò quæstiones regularū ad materiā facientes, hæ sunt, super regula, factū legitimè. de electore excommunicato post votū depositū, & publicatum, vel econuerso. Super regula, in toto. de duobus eligētibus, quorū vnus eligit alterū. Super regula, mora. de canonicis priuatis per statutū episcopi, qui pacificè possidētes, eligūt prælatū. Super regula, odia restringi. de eligente in episcopū bigamum, mutilatū, vel excōicatum: an incurrat pœnas concilij. Super regula, quod alicui suo. de non habēte vocem in electione ex defectu ordinis vel aliàs, an illā habere poterit noīe alieno. Super regula, ratum. quartum eius membrum de electione vnius ex duobus compromissarijs ratificata per sociū. Attinet quæstio regulæ, nō firmat. de qua j. de renū. sup Rubrica. Ad materiā addit q̄o, quæ fuit de facto: respicit q; hic quæ in prin. sequitur: eps & capitulū fecerūt statutū tale, quod super omnib⁹ arduis, quæ imminerēt faciēda, citarentur, vel vocarent absentes, etiā extra prouinciā, dum modo nō distarent vltra septē diętas legales à finibus ciuitatis: & citarētur vel vocarētur per literas exprimētes citationis causam, & per certū nūciū portarentur: alr̄s citatio vel vocatio non teneret: & quod fieret, nō valeret, declarātes certas causas arduas, electiones episcoporum, vel habentium dignitates, vel personatus in ecclesia, collationes canonicatuum ipsius ecclesiæ, alienationes iurisdictionum vel bonorum spectantium ad ecclesiam: mutua quæ cōtraherentur vltra certam summam, & quædam alia: post tempus vacauit ecclesia: quidam ex canonicis non fuerunt sic citati: quidam se opponunt electioni factæ per præsentes: & dicūt propter id electionem nullam: quæritur quid iuris: cùm electus dicat illam valere & ratificari posse per contemptum, vel non sic vocatum. Pro electione facit quòd episcopus cum capitulo cit quòd episcopus cum capitulo substantialia formæ electionis, quam tradit concilium. quia propter. de elec. vel quæ circa personam statuit concilium eo. titu. cùm in cunctis. alterare non posset minuendo vel addendo: puta de secundo, quòd non eligeretur in episcopum minor xl. annis. vel quòd eligi posset maior xxviij. De primo quòd vota publicè dicerentur, vel quòd sine scrutatoribus quilibet scriberet votum suum, ad hoc vltra iura vetera. xxj. distin. inferior. de maioritate & obedien. cùm inferior. & similia. sufficiat decre. ne Romani. cle. de elec. quæ dicit constitutiones conciliorum saltem per inferiores à Papa, non posse modificari, corrigi, vel mutari, vel aliquid eis detrahi, vel dispensari in aliqua earum parte, vel eis renunciari: septem verba posuit, vt omnem casum, qui contingi posset, includeret, vt ibi not. Vocatio autem absentium non est de substantialibus formæ, quorum transgressio faciat electionem nullam. de elect. ecclesia. ñ. & c. quod sicut. facit eodem titu. venerabilem. statutum igitur episcopi & capituli annullandum vel ratificandum non potuit facere nullum: sicut nec econuerso nullum, non posset facere annullandum, vel ratificandum. & hoc teneas.

¶ADDE ad quæstionem formatam vltimo loco latius Oldr. consi. clix. incipiente, impugnatur electio. vbi ponit quòd tale statutum erat iuratum. & latè examinat per tres columnas.

De electione.[b] *Rubrica.*

QVoniam hæc materia vtilis est & quotidiana, & multū in ea circa ea, quæ facti sunt, errari cōsuevit: idcirco suphac aliqua subñciam⁹. ¶Et primò de via scrutinij tā c̄ ordinaria. ¶Secundò de via cōpromissi. ¶Tertiò de via quasi inspirationis disputantes.

De via scrutinij tanquam ordinaria.

SVMMARIVM.

☞Ad electionē celebrādā, qua via procedatur.
In electione celebranda, qui sint vocandi.
Citatio etiam personalis qualiter in celebrāda electione fieri dicatur.
Cōqueri non debet se contemptum, qui tempore citationis in electione celebranda non fuit in loco, vnde citari debuerit.
In celebranda electione, si vagabundus non fuerit citatus, an capitulo oberit.
Pueri an ad electionem sint vocandi.
Vocatio eligentium qualiter fieri dicatur.
Literæ electionis præsentatæ debent esse apertæ: de qua præsentatione fiet publicum instrumentū ne malitiosè negetur.
Citatio electorū publicè in domo, vbi habitāt fieri debet: ne fortè quis latitans dicat se contemptū.
Absens & si obitū prelati sciat, & diē electiōi statutam, vel nihilò minus citari debet.
Electores vbi debeant conuenire.
Electoribus viam ordinariam in eligendo, eligentibus faciendū est de huiusmodi electione publicum instrumentum.
Electione cōsummata qualiter electus veniat declarandus.
Electionem debere fieri in scriptis, nō est iure cautum, sed consuetudine obtentum.
Electio, collatio & solennizatio, à quibus & quali ter fieri debeant?
Electio an possit fieri per illum, qui primam vocē habet in capitulo. & nu. 20.
Odium, amor, & fauor, humanos solent peruertere sensus.
Electionis completo scrutinio, qualiter vota singulorum in communi publicabuntur.
Appellatio, ne vota eligentium publicentur, an sit valida.
Collatio prælaturę vel beneficij, qualiter, & à quibus fieri dicatur. & nu. 23.
Prælatus nō in qete, sed in solicitudine debet esse.
Collatio facta aliquo absente, an possit postea ratificari. & nu. 27.
Electio per vnum nomine vniuersitatis, vel maioris partis fieri insolita est.
Pronunciatio electi, sub quaverborum forma fieri debeat. & nu. 28.
Potestas habens electionem pronūciandi ex officio, quibus verbis vtetur.
Electio an possit alicui extra gremiū demandari.
Eligendus in prælatum nō est alius, nisi is, in quē omnes consenserint.
Electio qualiter dicatur singularis.
Canonicis in pronunciaciōe nō concordantibus, prævalere debet maior pars.
Electiōis publicatio sub qua verborum forma cōcipiatur. & nu. 35.
Electionis solennis publicatio non est de forma, seu substantia electionis.
Electione celebrata & publicata, decretū electiōis sub speciali verborum forma conficietur.
Electus in prælatū qualiter possit commendari.
Instrumentum dicitur de præteritis, non præsentibus, testificari.
Decretum electionis quandoq̄ in modū instrumenti publici conficitur.
Litera super electionis cōfirmatione lecta, semper decretum petendum est exhiberi.
Decretum electionis sub qua verborum forma cōcipiatur. & nu. 43.
Electores debēt ad maiorem cautelam decretum speciale conficere.

45 In solẽnitate electionis,quot sint decreta faciẽda.
46 Decretum electionis an probet ipsam electionem esse canonicam.
47 Electio abbatis,quam solennitatem requirat.
48 Libellus qualiter cõcipiatur,vbi de electione in iudicio contenditur.
49 Libellus qualiter sit concipiendus,vbi duæ electiones fuerunt in discordia celebratæ.
50 Libellus de minus indonea electione,an debeat causam continere.
51 Electio cassanda est,probato aliquo,propter quod debeat cassari.
52 Canonicus quilibet põt petere cassari electionẽ in ecclesia sua minus canonicè factam.
53 Libelli circa confirmationẽ electionis non admittendi,qui sint.
54 Actiones veteres extinctę,vtiliter cõpetere pñt.
55 Libelli quidam sunt, de quibus vltima pars potius cognoscenda est,quàm prima.
56 Libellus non recipitur cum adiectione,quæ aduersario obsit:nisi dicat quid ei accrescat.
57 Sententia secundũ formã petitionis est dictanda.
58 Libellus qualiter concipiatur,cũ aliquis eligitur vel præsentat ad regimẽ alicuius ecclesiæ in discordia.
59 Libellus coram papa, seu eius auditore concipiendus, vbi metropolitanus nollet electionẽ sibi præsentatam confirmare.
60 Libellus possessorius qualiter concipiatur,vbi electio fit aliquibus exclusis,seu contemptis,qui sunt in quasi possessione eligendi.
61 Canonico ecclesię in prẽlati electione contempto, qualiter fieri debeat libellus.
62 Agens contra canonicum super iniuria in iure eligendi qualiter libellum concipiet.
63 Libellus contra indebitè intrusum in possessionem alicuius ecclesiæ,qualiter sit concipiendus.
64 Libellus cõtra illũ, qui electioni de se ꝑ abusum secularis potestatis factæ cõsensit, qualiter cõcipiet.
65 Electus in rectorẽ alicuius ecclię collegiatæ,quibꝰ verbis in confirmationis petitione vti debeat.

AD electionẽ celebrandam hac via proceditur. Ecclesia enim pastoris regimine destituta,capitulũ siue canonici præsentes statuent certum terminum ad electionem celebrandam.† De quo fiet publicum instrumẽtum[a]: in quo narrabit qualiter tali die cedente,vel translato, vel defuncto tali prælato talis ecclesiæ,eiusq; corpore ecclesiasticæ tradito sepulturæ,capitulum seu tales,qui tunc in ecclesia præsentes erant,cõuenientes in vnũ,talẽ terminũ cũ cõtinuatione sequẽtium dierũ ad electionẽ celebrandã vnanimiter statuerũt:vt extra eo.eccleſia.ñ.in prin. &.c.Cumana. in prin. & c.cũ in veteri.in prin. & c.bonæ[b].ñ.qui terminus erit competens,scilicet talis,ꝙ intra illum absentes,qui vocandi sunt, citati venire commodè possint:consideratis locorum distantijs, & personarũ,& tẽporis qualitate.arg.extra de dila c.j.non tñ nimis longus: quia in electionibus est mora periculosa:vt in præ.decre. cũ inter vniuersas.& eo. ti.ne pro defectu.Licet aũt aliquis ex canonicis in termini assignatione noluerit interesse,nihilò minus erit ad electionem vocandus:nisi se absentauerit fraudulẽter[c].q verò interfuerũt,nõ sunt ad electionẽ vocãdi:quia qui certus est,nõ debet amplius certiorari.ff.de ac.emp.& vẽ.l.j.licet secus sit in eo qui scit ecclesiã vacare: q nihilò minus est vocandus,vt iam infrà dicã.¶†Deinde super termini assignatione certificãdi & vocãdi sunt oẽs,qui de iure vel de cõsuetudine debẽt,volũt, & possunt cõmodè interesse,& qui sunt in possessiõe vel quasi eligẽdi.extra,de cã pos. & ꝓprie. cũ eccl'ia. & de ele.querelam.& c.Cumana.vt statuto ad hoc termino,ad electionẽ cõueniãt celebrãdã:vt extra,e. quia propter.¶†Et no. ꝙ si scitur vbi aliquis est, & est in loco vñ vocari debet,citãdus est personaliter:sed si nescit:tũc citari debet ĩ loco vbi cõiter morari cõsueuit,ꝓ publicũ edictũ:vt extra, de eo, e qui mit. in pos.cã rei ser.c.fi.extra,de cler.nõ resi. ex tuę.& c.ex pte.de fo.cõpe.ex pte. & vide s. de cita.§.sequit.ver.illud etiã.& seq.¶†Quòd si tpe citatiõis erat in loco vñ citãdus erat,sed tpe electionis nõ:obest capitulo,si nõ citauerit:qa interest ci tati.ar.ff.si quis in ius voc.non ie.l.ñ.§.fi.extra,de ele.cũ inter R. Sed & si tpe electionis fuit in loco vnde citari debuit[d],sed tẽpore quo alij citabãt,nõ erat:nõ obest electioni sine ipso factę. nõ em põt cõqueri se cõtẽptũ esse,ex quo tpe citationis non fuit in loco,vñ citari debuerit.¶†Vagabundus aũt,qui qñq; est inter fines electoribꝰ deputatos, aliqñ extra,si nõ citet,nõ obest capẽo:licet aliqua die intra tẽpus,quo citatiões fiũt,fuerit inter fines arg.ff.de instito.sed &.§.cõditio. tutius tñ est hũc citari ad domũ.¶†An pueri vocandi sint ad electionẽ:no.secundũ papã extra, de æta. & quali.c. ij[e].Itẽ qs debet vocare[f]:de maio.& obe.c.j. Qui aũt vocãdi sint,& per quos,& qualiter:reqre ĩ reptorio,e.ti.ver.qñ &qualr.&ver.an vocat[g].&ver. qs debet vocari[g].Fiet autẽ vocatio in hac forma,

✠FORMA.¶†B.prępositꝰ & capẽm Masilien.ecclię tali canonico Masilien.Auinione commorãti,salutẽ in dño Iesu Christo. Discretioni vestræ significamus, ꝙ bonę memorię R.quondam epũs noster die tali viã fuit vniuersę carnis ingressus:& corpus eius reuerentia debita ecclesiasticæ traditũ sepulturæ. Ne ergo ecclesia nostra ꝓpter diuturnam vacationẽ grauem patiat in tpalibus & spũalibꝰ lęsionẽ, diem[h] talẽ cũ cõtinuatione sequentiũ dierũ ad tractãdũ de futuri electiõe põtificis,& ad electionẽ celebrãdã, duximus statuendũ.Quocirca vos requirimꝰ & citamus,quatenus die ipsa nobiscum ad tractandũ & coeligẽdũ vnà nobiscũ cõuenire curetis:alioq; nos extunc ad ea ꝓcedere curabimus,vestri absentia non obstãte[i]. Qđ si fortè iusto impedimẽto detẽti venire nequeritis,& velitis alicui de canonicis cõmittere vices vras,ad nos sufficiẽter vestrũ specialẽ nunciũ & idoneũ transmittatis,qui iuxta statutũ generalis cõcilij,sup ipso impedimẽto faciat plenã fidẽ. i Hęc forma ꝓbat extra,eo. cũ inter vniuersas. & c.quia propter.& c.bonę.ñ.¶†De prẽsentatione autẽ illarũ literarũ,q̃ apertę debẽt esse,fiat publicũ instrm[k],ne possit malitiosè negari : vt qñq; fieri vidimus.¶†Itẽ si aliquis latitat,ne citatio ad eum perueniat:vt sic possit dicere se contemptũ prout scimus quosdam malitiosè fecisse : fiat puri debere etiam illos,quos constat commodè vel sine periculo non posse venire, dummodo commodè vocari possint:quia poterunt committere. An autem committere teneamur,dic vt no.eo.titu.bonæ.j. in glosſ. si citati.

ADDE quando & qualiter absentes sint vocandi,Fede.cons.cclxviij.

✠ADDITIO.Adde tu omnino videndum Oldr.consil.cclix.incip. impugnatur electio.& Pau.de Cast.consi.iiij.incip.circa primum dubiũ in prima parte consil. & ponit remissiuè Pet. de Anchara. in c. cùm omnes.circa finem.de consti.Hen.Ferran.

a ¶Instrumentũ.Formã huius,& eorũ quæ sequuntur in hoc §. ponit plenius Gui.de Ma.in suo libello, parte ij. in primis formis vsq; ad formam cõpromissi.& materiã prosequit parte j.c. xxñ.vsq; ad xxxv.de agendis antequam veniatur ad formas,tractant xx.prima capitula.

b ¶Et c.bonæ ij.Ista iura factũ narant.nõ em̃ est hoc de substantia,vt scripsi eo.tit. quia propter.in fine.formæ scriptũ. vbi numero substãtialia: sed fuit de facto q̃o. die sic concorditer statuta cõueniẽtes electores, qui pari numero discordarũt, aliquibus volẽ tibꝰ eligere,& alijs volentibꝰ terminũ prorogare, & prorogarũt, cõtradicẽ tibus reliquis numero pari, qui ad electionẽ processerunt: reliqui termino per ipsos ꝓrogato,citatis primis aliũ elegerunt:quę ritur quæ electio valeat? Et certũ est ꝙ pars maior terminũ concorditer statutũ prorogare non potuit. Super quo oĩno vide qđ scripsi eo.ti.eccl'ię. ñ.gl.plus dixit Inno.ad finẽ glos. & sic electionẽ in termino fiendã impedire nõ potuit.suffi ciat regula, non prẽstat.cũ suis exemplis.lib.vj.ꝙ nõ tenuerit prorogatio, patet: quia qđ requirit in termini prælixione, etiã requirit in prorogatione.de Iudęis. cõsuluit.ff. loc.qui ad certum. de iure do. stipulationẽ.& de iudi.l.ij.§.fin.& l l.si iudex. quæ bene facit extra de offi. deleg. de causis & not.eo.tit.P. & G.in princ.vlti. glos. Sicut ergo in prima præfixione termini requiritur b saltẽ maior pars capituli,quod est regulare in corporibus.ff.quod cuiusquevniuer.l.nullũ. C.de decu.nominationũ.Ergo & ĩ ꝓrogatiõe, & fortiꝰ: qa ĩ illa tollitur ordinatũ à capitulo, quod per partẽ nõ maiorẽ fieri nõ põt.extra,de his,quę fi.à præ.c.j. Vnde ꝓfixio primi termini facta ꝑ capitulũ,est loco cuiusdã decreti decurionũ, quod rescindi nõ põt nisi ob publicã vtilitatẽ? q̃ tñ hic aduersat: cũ illa requirat vacantes ecclesias expediri,& vacationũ dãna vitari.Iura sunt not. Item in pari causa prior est conditio prohibẽtis.sufficiat regula,in pari. cũ concor.lib.vj. ꝓhibentium ergo diffinita mutari,melior debuit esse conditio.& sic valuit ipsorum electio.Secũdò etiam stare non põt:quia etiã si prima fuisset cassanda,debuit contra illam expectari sententia, & ob hoc solùm non valuisset secunda.eodem titulo. consideravimus. & c.bonæ.ñ. ADDE latius videndam hanc additionem per Oldra.cius consi. cxxij.

c ¶Fraudulẽter.s.in fraudẽ citationis.secus si ob aliã fraudẽ,secundũ Inn. & Host.Sup quo vide quod ibi satis scripsi,e.titu.ecclesia.ij.super glo.ñ. ADDE.Quid si generalis alicuius ordinis citat ad certam diem in aliquo loco pro faciendo capitulo generali,& ipse interim moriatur: an sit opus noua citatione ad electionẽ alterius generalis? vi de Pet.de Ancha. consil.ccccvij.

d ¶Debuit. Vide no.in prece.decre. eccleſia. in glossa, iste dixit. & quod ibi scripsi propefinem.& eo.tit.quia propter §.illud. in glo.ñ.in cuius fine inuenies quod sequitur.

e ¶c.ñ.Et est terminatum ꝙ non , si sunt minores xiij. ann.eodem tit. ex eo,quod.lib.vj.

f ¶Vocare.Sup.no. per eum.

g ¶Et ver. quis debet vocari . In his facit remissiones, tantùm ad formas remisi. in princip. huius §.j.

h ¶Diem. Cautum est ꝙ exprimatur hora,s. de mane,hora missæ, & capituli celebrãdi:vt etiã ponit Gul. in libello c.iiij. & parte ij, in princi. tamẽ ex quo intimatur diẽ illam statutam, intelligendum est de hora solita diei ad celebrandam electionem , vt satis scripsi eodem titulo. cũ nobis olim. super glosſ. nunquid.ver.sed nunquid die. vbi omnino videas.
ADDE ꝙ citatus ad certũ actũ, debet adesse hora, qua ille actus solet expediri.Panor.in d.c. cùm à nobis. & in ca. consuluit. de officio deleg.

i ¶Non obstante. Solet addi, & vobis vlterius nõ vocatis,etiam ad aliũ terminum fuerit electio prorogata. Et notate,quia per clausulam sequentem appareat vocari debere etiam illos,quos constat commodè vel sine periculo non posse venire, dummodo commodè vocari possint:quia poterunt committere. An autem committere teneamur,dic vt no.eo.titu.bonæ.j. in glosſ. si citati.

k ¶Instrumentum.Præcipuè si nuncius nõ fuit iuratus: & tamen licet sit

iuratus: quia non videtur esse publicus. & de publico etiam est dubium vt plenè scripsi s. de cita. §. sequitur. ver. nunquid credetur. Consulo q̄ fiat instrumentū, maximè si esset suspicio citatum nō venturum,

blicè citatio in domo & loco, vbi habitat: vt s. & sic nō poterit impedire electionē. ¶ †Itē licet abīs sciat p̄lati obitū & diē statutū, nihilò minus cōsulo q̄ citet. ar. in p̄. decr. cū inter. qa cōstō dicit vocatis, q volūt, &c. licet vbi scit terminū, venire teneat. ar. ff. de act. emp. & vē. l. j. in fi. ¶ †Debēt aūt cōuenire in eccl'ia vel ī capl'o, si p̄nt: vt extra, e. qđ sicut. vel ī alio loco idoneo, si ibi cōuenire nō p̄nt: vt xxiij. di. in noīe. Vbi aūt ex cā solit⁹ locus mutat: & loc⁹ & cā in citatiōe inserāt. ar. extra, e. bonę. ij̄. & de dila. c. j. & de rescri. c. fi. ¶ Oīb⁹ aūt in loco statuto simul cōueniētib⁹, diligēter deliberēt an p̄ viā ordinariā, s. scrutinij̄, an verò p̄ viā cōpromissi p̄cedere malint. ¶ †Si ergo viā eligāt ordinariā: de elec. hmōi fiat publicū instr̄m, in quo contineatur, qualiter diligēti deliberatione præhabita placuit oīb⁹ & singulis, & oēs cōcorditer cōsensērūt, per viā scrutinij̄ procedere: quo facto sic procedēt. Eligāt em̄ ex ipso collegio, & nō aliūde nisi fortè aliq extra collegiū vocē habeāt in electione de cōsuetudine, vt prædixi, tres fide dignos, vel etiá plures, vel pauciores. arg. ff. de offi. p̄si. l. iij̄. extra, de testa. relatū. ij̄. rnſo. j. extra, de ele. in causis. & c. cū dilect⁹. & c. cū in iure. licet bonū sit q̄ tres tm̄ sint, si cōmodè fieri pōt: vt satisfiat verbis cōcilij̄ generalis[a]. ¶ †Vnde dixit Vin. non sufficere dare vnū: de qua electione etiā fiat publicum instr̄m, quib⁹ det potestas per idē publicū instr̄m, vel per scripturā à duab⁹ personis factā: vt extra, de proba. qm̄ cōtra. secretò ac sigillatim vota cunctorū, nullo omisso, & sua examinādi: vel sua primo scrutent alīj à capl'o electi[b], & in scriptis ea redigēdi, & redacta mox in cōi publicādi. Et hoc vt sciat, & q, & in quē cōsenserint: & meriti ad meritū, zeli ad zelū, numeri ad numerū collationem faciēdi: & collatione per eos habita diligēti, eū eligēt, in quē inuenerūt oēs vel maiorē partē & sanioré capituli cōsensisse: vt extra, e. quia p̄pter. ita q̄ vn⁹ ipsorū de cōsensu & volūtate aliorū duorum scrutatorū vice sua & collegarū & aliorū oīm, qui in his cōsenserint, electionē pronūciet in scriptis, & solēniter celebret, & alia faciat, prout cōpromittentibus placuerit. ff. de arbi. nō distinguemus. §. de officio. ¶ †Quòd tamen electio fiat in scriptis, non est iure cautum, sed consuetudine obtētum: ergo obseruandū. extra, de cōsue. cū dilectus. ff. de legi. minime. xj. distin. eccleſiasticarū. Verūtamen ita ampla potestas non dat à concilio scrutatoribus: sed suppletur per aliā decret. eo. tit. cū dilecti filij̄. & p̄ alias. & vtile est sic seruari: vt multis malitijs & appellationib⁹ occurratur. Et huic instrumento super potestate tradita confecto, oēs subscribāt, dicentes: & ego talis prædictis interfui & consensi, & prædictam potestatē eis contuli. quo facto sigilla omnium, & etiam capituli, apponantur[c]. ¶ †Si verò capitulum nō cōcordaret in talem & tantam potestatem dandam, sequātur formam cōcilij̄ generalis, secundū quam scrutatores non habent potestatē, nisi scrutandi vota aliorū, ac scribendi, & in cōmuni publicandi: collatio autem & electio & solennizatio fient per alios, vt iā dicam. Et vide super hoc secundū papā extra, eo. in Genesi. & secundū do. meū in summa eod. titu. qualiter. ver. eligatur. & seq. ¶ †Quidā tū dicūt q̄ absq̄ alio mādato potest electio fieri per illū, qui primā vocem habet in capitulo: quod tamen iure cautum nō est expressè. est tamē arg. ad hoc extra eodem. Osius. in fi. & de obliga. ad ratioci. c. vnico. §. fi[d]. ¶ †Hoc facto, isti tres trahēt se ad angulum, vel partem capituli, vel ecclesiæ. extra, e. quod sicut. in princ. & de app. qua fronte. & seriatim ac singulariter vocabuntur quēlibet de capitulo solū per se. C. de testi. nullū. Danielis exemplo: & primò illū, qui primā habet in electione vocē de cōsuetudine: vt extra, eo. auditis. ff. de albo scri. l. j. & dicent ei secretè: frater, sicut boni operis sibi cōparat fructū, qui rectū tenet in eligēdo pontifice iudicem: ita graui semetipsum afficit dāno, q ad suę dignitatis collegiū sublimat indignū: vt lxj. dist. miramur. & ideo Deū p̄oculis habēs, cuius nūc causa tractatur, non facias tibi Deū & Apostolos eius aduersarios, cuius vicarium eligere debes: vt xxxv. dis. ab exordio. extra, de sacra vnct. c. vnico. §. per frontis. Non te abducant odiū, amor, vel fauor: quę humanos peruertere solent sensus. ij̄. q. v. accusatores vel testes. xj. q. iij̄. quatuor. non timor, nō pecunia: vt in p̄ę. cōcor. & lxxix. dist. si quis pecunia. extra, de re iudi. cū ęterni. extra, de testi. quoties. nō lucro tuo prospicias, sed vtilitati cōi. nō enim libero iudicio p̄ferendam sibi examinat personam mens, quā cupiditas ligat. viij̄. q. ij̄. dilectissimi. viij̄. q. j. scias. extra, de postu. præla. bonę. j. p̄feras tuę m̄ris eccleſię salutē tuę terrenæ voluntati. Ideo adiuramus te per Deum viuū, & in virtute Spiritus sancti, & sub periculo animę tuę q̄ cōsentias in eū, & eū nomines, in quē ex voto consentis, & qui in tpalib⁹ & spiritualibus tibi videri debeat melior & vtilior eccleſiæ & sanctior, & p̄ quē melius iura possint eccleſiæ defensari. viij̄. q. j. licet ergo. extra, de offi. cust. c. ij̄. extra, de ap. cōstitutis. Et tūc ille dicat. Ego credo P. me liorē & vtiliorē, & in eū cōsentio, & eū nomino et eligo in ep̄m & pastorē: vel si vis, vbi dixi, & eligo, dicatur eligendū. & tam interrogatio, q̄ p̄ respō sio & adiuratio rediganť in publicā formā: vt extra, eo. cū inter canonicos. & hoc per tabellionem clericum, si nesciūt scribere. q̄ dic vt s. de edi. instr. §. restat. ver. qd ergo[e]. Vel si non possit haberi tabellio, duo ex eis hoc scribant[f]: vt s. & sic omnes scrutentur. ¶ †Completo aūt scrutinio, ipsi scrutatores, seu vnus de mandato aliorū, mox, id est, nullo contrario actu inter medio[g], hoc modo vota singulorum in cōi publicabunt, hoc enim facere possunt, vt dixi, dicent enim præsente capitulo, Nos examinauimus vota singulorum, & nostra sigillatim: placet vobis q̄ ea publicemus? Et illi dicent: placet. & sic publicāt. i. publicè legūt, vt quod secretè actū est, ab omnibus sciatur. extra, de hęre. cùm ex iniuncto. ¶ † Quidam tm̄ fatui quandoq̄ appellant, ne vota publicētur: sed talis appellatio nulla est: vnde dicitur in cōcilio, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto. Actus enim iste dilationē non capit: vnde appellatio non admittitur. Et est simile extra, de ap. qua fronte. ff. de app. reci. si res. ¶ †Publicatione autē facta, collatio numeri ad numerū, meriti ad meritū, & zeli ad zelū fiat per capitulū. extra, eo. quia propter. & c. in Genesi. nisi actum sit, q̄ eā faciant scrutatores, secundū do. meū, licet quidā hoc dicant, & pronunciationē & publicationē expediri debere per eū, qui primā habet in capitulo vocē. Super qua vide in repertorio, eo. tit. ver. de publicatione. Si aūt collatio & electio fiant per aliquos, quib⁹ cōmissum nō est à capitulo, alīs de capitulo tacētib⁹, & nō contradicētib⁹: taciturnitas habebit̄ pro consensu[h]: & tenebit qđ factū erit. Et sic obtinuit[i]: qa ratihabitio mandato cōparatur: & qui tacet, consentire intelligit. ff. manda. qui fidei. arg. ex his, quæ not. extra, de p̄sum. nonne. Vel dic q̄ scrutatores faciēt collationē: ne & in alīs eligēdis discordia fiat. arg. ff. de vac. mu. p̄tor. §. fin. ff. de arbi. item si vnus. §. si duos, quia totum capitulum nō posset in collatione facienda bene cōcordare. ff. de orig. iur. l. ij̄. §. deinde. quia quot capita, tot sīnę. de consec. dist. iij̄. sicut in sacramentis. & extra, de cōcess. p̄reb. qa diuersitatē. ¶ †Fiet aūt collatio sic: si em̄ vota diuisa fuerint in plures scrutatores, seu aliquibus hoc onus incumbet, erunt in medio capituli: & publicatis votis in cōmuni inspicient à capite scripturæ. ff. de eden. argentarius. & legent sic: & A. & B. & C. cōsenserūt in P. Item ex altera parte legent C. D. E. &c. cōsenserūt in M. & sic computabūt dicētes: Domini, nos inuenimus maiorē numerū cōsensisse in P. Nam cū sint in vniuerso xl. canonici: xxv. consenserunt in ep̄m P. & xv. in M. Item inuenimus, q̄ tot personę seu personat⁹ seu dignitates habentes cōsenserunt in P. & plures q̄ p̄ in M. Item inuenimus meliorem zelum ex parte eligentium P. quàm ex parte eligentiū M. Nam illi elegerunt bonum & vtilem virū. In istis autē caro & sanguis

a ¶ Concilij̄ genera lis. Vbi de hoc gl. dicit: vt j. & vide quod supra dixi.

b ¶ Electi. Hoc omnino vide quod dicam j. super forma olim bonæ. in fin. & de sic. j. Gul. quia statim hoc inver. hic affecto. de scrutatione vot orum illorum triū & eius forma nullam facit mētionē.

c ¶ Apponantur. Hoc non seruatur sed sufficit instrumentum. & in magno collegio nimis esset longa mora.

d ¶ §. fi. Vide j. ver. publicatione.

e ¶ Versi. Quid ergo. ibi de hoc remissiones dedi.

f ¶ Scribant. Inepta locutio respectu proximi dicti, ibi si nesciāt scribere.

g ¶ Intermedio. Vide quod dixi eod. titu. quia propter super glos. j.

h ¶ Pro consensu. In hac re meritoria, & concupiscibili, s. q̄ expediat ecclesiæ prouisio: vt scripsi post Inno. e. ti. in Genesi. & in glos. no. secūdum. ante finem.

i ¶ Obtinuit. In curia percepi papam Io. diffinisse in causa monasterij̄ sancti Dionysij̄ p̄pe Paris. valere collationem & communem electionem factam, tacente capitulo, per extraneū.

ro & ſanguis reuelauit,ſuum conſanguineum eligendo. Hinc eſt,q̃ licet Ioſeph,qui cognominatus eſt Iuſtus,conſanguineus eſſet,& vir ex apo-
22 ſtolicis,non tamen fuit electus ab illis.¶†Quia erat vir quietus ſic enim interpretatur Ioſeph:imò elegerunt Mathiam, qui vir ſolicitudinis interpretatur:& ſic bono zelo ducti fuerunt.xxj.diſt.cleros.in princip.& xxvj.q.j.§.j.& c.ñ.Nam prelatus nõ in quiete ſed ſolicitudine debet eſſe vt in præ.c.cleros.& xxiij.q.viij.cõuenior.xxj.q.j.in canonibus.Itẽ inuenimus.P.maioris eſſe meriti:quia literatior,prouidentior,honeſtior,ſanctior,melior q̃ M.& potentior ad iura eccleſiæ conſeruanda. viij.q.j.licet.extra,de offi.cuſto.c.ñ.extra,de app.conſtitutis.& in præ.c. in canonibus.prope fin.& præterea vbi maior eſt numerus, melior præſumitur eſſe zelus:vt extra,eo.dudum.j.& c.eccleſia.ñ. ¶†Quid autem de collatione facienda,dictum eſt.Probatur etiam iure ciuili, & de alijs collatio-
23 nibus.Nam ſi debet fieri collatio bonorum hincinde ex vna parte:quęritur quid & quantum alter habuerit:& ſic illa bona conferent,& ſuccedent:vt C.de colla.& ff.de coll.bonorum.& ff.de col.dotis. & in auẽ.eo. titu.per totum.& facitff.de condi.& demon.cùm ſeruus.Vbi autẽ vnus ſolus concorditer in ſcrutinio nominatus eſt, non habet locum collatio numeri ad numerum,meriti ad meritum,zeli ad zelum.Fiet tamen tunc collatio talis per eum,qui maior eſt:vtrum ſcilicet nominatus ſit de legitimo matrimonio natus & ſufficientis ætatis & ſcientiæ, & in ſacris ordinibus:quod ſi hæc concurrerint,procedatur ad electionem.extra,eod. cùm in cunctis.arg. tamen quòd etiam,quando vnus ſolus concorditer
a nominatus eſt,collatio ſit faciẽda:vt in prę.c.quia propter.& c.cũ poſt[a].
24 ¶†Item non eſt de ſubſtantia q̃ ſinguli faciant collationem:ſed ſufficit tacitus conſenſus.Item ſi collatio fiat aliquo abſente, poteſt illam ratifica-
25 re.quę dic ſecũdũ papã,vt extra,eo.in Geneſi.¶†His igitur peractis duo tribuant poteſtatem, tertio electionem pronunciandi,& publicandi nomine ſuo,& omnium conſentientium,vt patet in his quæ not. ſuprà, de ſentẽtia.§.ſequitur.ver.ſed & ſi.quia vnus debet eligere nomine omniũ, vel maioris partis.extra,eo.in Geneſi.ff.de arbi.ſi in tres. vel etiam iuxta præmiſſa capitulum hoc alij committat:de quo fiat publicum inſtrumẽtum,vel ſcriptura à duobus,in qua certa perſona eligenda exprimatur,ne fraus poſsit,vel malitia adhiberi per eum,qui electionem pronunciabit, eligendo eum fortè,de quo actum non fuit, ſicut in electione Lugduñ. proponitur eſſe factum:& incontinenti electio &pronunciatio fiant:vt extra,de elect.cùm poſt.& c.Cùmana.& c.eccleſia. id eſt, quæ electio & pronunciatio primò capitulo fiet: vt extra, de electio. in cauſis. prope prin.& c.cùm inter cañ.& fiet in hac forma.
26 ☙✻†FORMA PRONVNCIATIONIS. In nomine patris & filij & Spiritus ſancti amen: Anno,menſe & die tali, ego talis vn⁹ de tribus ſcrutatoribus à tali noſtro capitulo nominatis & electis ad faciendum ſcrutinium & electionem futuri pontificis noſtri ſecundũ formam ſuperius prætaxatam ipſa diligenter ſeruata in omnibus,de voluntate & cõſenſu & mandato collegarũ meorũ,vice mea & ſua & aliorum oĩm in his cõſentiẽtiũ,& ex poteſtate mihi & ipſis tradita,inuocata Spiritus ſancti gratia: vt extra,de elect.cũ terra. ad honorẽ Dei & glorioſæ virginis matris eius,& talis ſancti noſtri patroni, cuius negotiũ agit̃, & omniũ ſanctorũ:talẽ ſpecifica:vt j.§.proxi.ver.electione.in quem collatione facta reperimus omnes vel maiorẽ vel ſaniorẽ partẽ capituli noſtri ſeu collegij in ſcrutinio cõſenſiſſe in noſtrũ & noſtrę eccleſię eẽm eligo & paſtorem,eandemq̃ electionẽ in his ſcriptis pronuncio.extra,de elec.cũ inter canonicos.Poſt hęc cãpanę pulſentur.Et eſt vtile q̃ canonici ſubſcribant in inſtrumẽto electionis: vt in præ.c. cùm inter canoni-
27 cos.¶†Quidã tñ in hac ꝓnunciatione recitant qualiter prẽſentibus omnib⁹ placuit eis per formã ꝓcedere ſcrutinij:& qualiter fuerunt citati & oĩa premiſſa.qd̃ nõ eſt improbandũ. Si aũt aliquis abſens ſit, cũ electio publicat̃:bene poterit poſtmodũ ratificare qd̃ dicſecũdũ papã: vt extra,e.in Geneſi.Si aũt nõ ſit tanta poteſtas ſcrutatorib⁹ à capitulo data,capitulum det alicui poteſtatẽ pronunciandi & publicandi.q dicet ſic.
28 ☙✻†FORMA.Tali eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, vocatis omnibus,qui debuerunt,voluerunt & potuerunt commodè intereſſe: aſſumpti fuerunt tres de collegio fide digni,ſ.talis & talis, qui ſecretè & ſigillatim vota cunctorũ diligẽter inquirerẽt, & in ſcriptis redigerent,& redacta mox in cõi publicarent.qui quidem in commiſſo ſibi procedẽtes negotio,ſecretè & ſigillatim vota cunctorũ diligenter examinare curarunt, & in ſcriptis fideliter redegerũt, & redacta mox in communi publicauerunt.Habita igitur in capitulo collatione diligenti numeri ad numerum, zeli ad zelum,meriti ad meritum, inuentum extitit quòd omnes vel maior,vel ſanior pars in P.conſenſerunt. Vnde mihi poteſtatem eligẽdi & electionẽ pronunciandi & publicandi vnanimiter contulerunt: idcirco ego Chriſti nomine inuocato,vel Spiritus ſancti gratia inuocata, ex poteſtate mihi ab omnibus ſpecialiter conceſſa,nomine oĩm & meo pronũcio electionẽ de ipſo faciendã,& eũ eligo in eẽm & paſtorẽ eccleſię me-
b moratę.Prẽmiſſa ꝓbant̃ extra,eo. quia propter.& c. in Geneſi[b]. ¶†Et
29 no.q̃ ſi aliquis habet poteſtatẽ electionẽ ꝓnũciãdi ex officio,vel à capitulo,vel â parte ſua ſibi datã:tũc põt in ſingulari vel in plurali dicere.Eligo talẽ:vel eligimus talem. Nec eſt neceſſe,q̃ dicat,nomine capituli, vel aliorũ,qui in eũ cõſenſerũt:quia tunc ſemper communis intelligitur electio: & tunc eligitur, qui eligendus erat,licet ſit ſecurius, quòd dicat nomine capituli,vel etiã illorũ,qui in eũ conſenſerũt. a Si autem eligens nõ habeat mandatum vel officium eligendi,ſic dicat: Eligo talem nomine capituli,vel illorum,qui in eum conſenſerunt.tũc ſi ꝓpter cõſenſum & ratihabitionem ſequẽtẽ, quę mãdato cõparatur,videt̃ cõis electio:vt ſ.ver.publicatione.prope prin.aliàs ſi ſimpliciter diceret:eligo: intelligeret̃ electio ſingularis:vt extra,eo. in Geneſi.nec ſequẽs capituli ratihabitio excuſaret: cũ noĩe capituli electio facta nõ ſit.¶De ratihabitione capituli ideo dixi:quia ſi cõſentiẽtes,vel maior pars nollet pronũciationẽ eius ratã habere,nõ va- b leret:cũ de mãdato vel officio nõ haberet. Vinc. aũt no.in prę.c.in Geneſi.q̃ capitulum vel maior pars poteſt vni mãdare,vt pronũciet. & ille dicet: eligo talẽ pro me & pro iſtis.& ipſi dicant: placet nobis.Nã toti⁹ ſynodi eſt vnũ anathema. xvj.q̃o. vj.cõſuetudo.Ad idẽ xxiij.diſt.illud.in fi.viij.q.j. Oſius.extra,de ob.ad ratio.c.vnico. ¶Nam & ſi c plures ſunt argẽtarij,vel oẽs edãt, vel vnus ſubſcribat.ff.de ędil.edic.ſi qs ex argẽtarijs.§.j.Item poſt vnius ſubſcriptionem plures ſubſcribũt.xvij.diſt. §.hinc etiã.in fi.Vel põt dicere, illi mandãt mihi, vt ego pronũciẽ ꝓ eis,vel ꝓ me: vnde ego & ipſi eligimus talẽ.ff.de ver.ob.ſi ꝓcutator.Non aũt dicet,ego eligo ꝓ me talẽ,& ꝓ alijs eũdẽ:qa ſic eſſet ſingularis elector.qd̃ prohibet̃:vt in prę.c.in Geneſi.Coniunctim em̃ creant̃ duo rei ſtipulãdi, vel promittendi.Inſti.de duobus reis pro.in prin. Si
c aũt dicit.Nos eligimus[c] talem:tũc valet:quia cõis
d eſt electio[d].¶†Quid ſi ille eligit eũ,in quẽ oẽs vel
30 maior pars conſenſerunt: canonici verò dicũt, nõ ſic mandauimus.Rñ.ſufficit probare,q̃ ei mandauerint eligere.nec poſtea canonici audientur. eod. tit.quia propter.& c.cũ dilecti.Itẽ nõ eſt vis, ſi is, cui mãdatur,ſit extra gremiũ:quia etiã totam electionẽ poſſent cõmittere tali.extra,e.titu.cauſam.
31 ¶†Quid ſi maior pars capituli,puta xij.qui debẽt eligere,cõſentiũt in P.& quatuor ex illis mihi mãdãt,vt pronunciẽ de P.& octo mãdãt q̃ nõ eligã, niſi A.nũquid ſi eligo P.valet electio? Et videt̃ q̃ ſic.Ali⁹ em̃ non eſt eligẽdus,niſi is,in quẽ oẽs cõſenſerint: vt in c.quia propter.& ex quo illi octo nõ eligũt,alijs accreſcit.ff.ad l.Aquil.ſi dñs.§.ſi cõ iunctim,& poſt collationẽ ſtatim ſequi debet electio:vt eo.ti.cùm poſt.Vin.dixit,q̃ nõ debeo ꝓnũciare:quia non habeo mãdatum à xij.vel à maiori parte ipſorũ:ſecus autem eſſet, ſi illi compulſi per ſuperiorem vel admoniti nollent eligere: & quatuor mandarẽt vni,vt pronũciaret:vt eo.titu.
32 publicato. ¶†Sed quid ſi oẽs cõpulſi nolint pronunciare,& vnus ſolus eorũ pronũciat:nũquid talis electio eſt ſingularis.Et videt̃ q̃ nõ:qa iuſſus facit.ff.ad l.Aql.liber homo.& qa eligere tenebatur ff.de bo.lib.qui cùm maior.§.fi.& qa omniũ vicẽ d & defectũ ſupplet.xij.q.ij.non liceat. Dicit Vin. q̃ nõ valet talis electio:ipſe tamen, ex quo per eũ
33 nõ ſtat,non eſt dignus pœna.¶†Quid ſi canonici non cõcordãt in pronunciatione? Rñ. prævalet maior pars.Porrò ſi is, qui communẽ electionem pronũciat excõmunicatus eſt,alijs hoc ignorantibus,nõ vitiat̃ propter hoc electio aliàs canonica: e quæ nõ à proferẽte ipſam,ſed à votis ſingularib⁹ ſuũ ſortitur effectũ.& quia hoc nõ eſt publicũ officiũ:licet ſecus ſit in voto cuiuſlibet iure ſuo eligẽtis:& in dicto teſtis,& in ſententia iudicis excõmunicati:quia hęc ab ipſis proferentibus ſuũ ſortiuntur effectum. ¶†Conſequenter autem conue f
34 e niẽte populo ad pulſationẽ cãpanarũ[e] .j.diſt.ius militare.extra,de homi.Ioan.per alterũ ex electorib⁹ ad hoc deputatũ,publicet̃ electio in cõmuni,i.corã clero & populo:vt in prę.c.cũ inter canonicos. & c.in cauſis.viij.q.j.licet.& cãtetur,Te deũ laudamus,ſolenniter:& electus deportetur ante alta-
f re & intronizetur[f]:vt ff.de elec.c.eccleſia veſtra.j.
35 ¶†Publicationis autem forma hæc erit.
☙✻FORMA PVBLI. Recitabitur enim proceſſus totus prout iã in forma pronũciationis dictũ eſt,& finaliter ſic adijciet.quã electionẽ vobis denũcio: & in ꝑſentia oĩm dico ſolenniter publi-

¶C.cùm poſt. Et hęc teneas: vt dixi in c.quia propter. ſuper ver. omnes. in c.eccleſia j. ĩ gl. no.ſecundũ Inn.ſ. q̃ non fieret collatio numeri ad numerũ, &c.ſed fiet collatio de numero,zelo,& merito.
¶In geneſi.Hic incipit additio ex dictis.Vin.in decre. in Geneſi.& durat vſq̃ ibi:cõſequenter.finis tamen ibi porro.nõ fuit vin.
¶Eligimus. Nullo caſu ſiue ꝓ ſcrutiniũ ſiue per compromiſſum fiat electio, licet vti plurali.e.titu.ſicut eũ. lib.vj.
ADDE, electio facta ꝓ verba pluralis numeri valet dũmodo incontinenti ſe corrigat. & ſi nõ corrigeret ſuperior deberet cõpellere capitulũ vt eligeret illũ electũ primò cõcorditer nominatum: & caſu, quo eſſet deuoluta poteſtas ad ſupiorẽ ꝓ uidẽ di,ſuperior ipſe ſine iuris offenſa nõ poſſet de alio prouidere,cũ de illo,in quem omnes cõſenſerunt: vt not. Inno.Cõpo.Hoſt. in c. publicato. de elect.vt habetur in q.Old.clxxxiij.incip.factum tale eſt ſed ipſe Oldr.contrarium tenet ſequenti q. incip.pater ſancte.
¶Electio. Dic vt prædixi.

¶Campanarũ. De qua ſuprà ĩter duas vltimas formas, & tantùm interuallum induxit addition.
¶Et intronizetur ſ.in ſede eẽpali.& vt dixi in decr. qualiter.e.ti.ſuper verſi. immiſcuit. omnes concordant:ſed electus hic permittens, non incurrit in generalem conſuetudinem, quæ hoc habet. Scripſi etiam in decre.auaritiæ.eod.titu.lib.

vj. ſuper ver. immi
ſcere, q̄ non pom-
pizat, vel ſplendi-
dus viuit: non eſt
locus pœnæ. Ha-
bui in curia fuiſſe
obiectum electo,
q̄ ſic intronizatus
cū crucis ſigno ite
ratò à dextris & ſi
niſtris, vt eſt mo-
ris populo per cā-
panam cōuocato:
vbi hoc dicit, bene
dixerat tamen ſim
pliciter, & finis cāę
habuit q̄ pronun
ciatum fuit electū
per id nō incidiſſe
in pœnam admini
ſtrantis: & meritò
ſic debuit fieri. In
quo ſciendū q̄ eſt
quædā benedictio
quę eſt propria e-
piſcoporū: & fit cū
ſolennitate premit
tendo ſit nomē do
mini benedictum,
&c. de hac intelli-
git ca. miniſtrare.
xxvj. q. vj. & ibi
no. & de conſe. di.
j. c. cū ad celebran-
das. & di. v. conue
nit, in fin. de priui.
abbates. lib. vj. vbi
plenè patet, q̄ ta-
lis benedictio non
pertinet ad abba-
tes, niſi ex priuile-
gio papali: & tunc
cū imitatione iſti⁹
c. id poteſt, & non
aliter. Eſt alia bene
dictio ſ. ſolennis,
quā faciunt cū ſi-
gno crucis, & ſine
etiā ſacerdote. &
de hac conſe. diſt. j.
miſſas. & c. ſequē.
xxv. diſt. ecce. Has
etiam faciunt in le
ctionibus, quæ in
matutinis legūtur
vt in præ. c. conue
nit. & xxj. di. deni
que. Benedicūt &
prima coniugia. de
ſecun. nup. c. j. ij. &
iij. xxxij. diſt. ſeria
tim. Concluditur
ergo q̄ benedictio
non ſolennis, cōis
eſt epis & ſacerdo
ti. In materia ergo
pœnali, in qua fie-
ri debet interpreta
tio benigna, ſuffi-
ciat regula, in pœ-
nis. lib. vj. cū con-
cor. Interpretabi-
mur, vt à ſacerdo-
te, non ab epo, vel
electo factū fore,
q̄ pœnalis olim in
telligenda ſit ho-
die inflicta ipſo iu
re. patet eo. tit. no-
ſtri. & c. qualiter.

36 candam: vt in prę. cōcor. ¶ †Et no. q̄ nō eſt via, per
quam fiat hęc ſolennis publicatio: cùm non ſit de
forma ſeu ſubſtantia electionis. Vnde poteſt fieri
vel per ſcrutatores, vel per capitulum deputatos:
vt in prę. c. quia propter. vel per ipſum capitulum.
nec etiā caſſatur electio, ſi ſolennis publicatio o-
mittatur: dum modo electio non ſit clandeſtina.
¶ Celebrata igitur & publicata electione decretū
electionis in hac forma ſecundùm do. m. cōficiet.
37 ✠ †FORMA DECRETI. ¶ Almo ac
beatiſsimo patri. vel ſic: Sanctiſsimo patri & dño
ſuo Clementi, diuina prouidentia ſacroſanctę Ro
manę ac vniuerſalis eccleſię ſummę Pon. decanus
vel p̄poſit⁹, vel prior & capitulū talis eccleſię cathe
dralis ſeu collegiatę, vel regularis. humiles, fideles,
ac deuoti filij pedū oſcula beatorū. & hoc q̄ñ oēs
ſunt cōcordes. alioquin dicat, decanus talis & tales
canonici eiuſdē eccleſię. Si verò ſcribat metropoli-
tano, ſufficit dicere, reuerendo in Chriſto patri, ac
domino Dei gratia tali archiepo, vel primati: ta-
les ei⁹ deuoti filij reuerētiā tā debitā, cū deuotā. ſa
cris canonib⁹ nouimus eſſe cautū, vt vltra tres mē
ſes pōtifice proprio nō vacet eccleſia cathedralis:
ne pro defectu paſtoris dñicū gregem lupus ra-
pax inuadat aut viduata eccleſia in ſuis facilita-
tibus graue diſpendium patiatur. ea ꝓpter bonæ
memorię R. epo nr̄o tali anno & die ſicut Deo
placuit, viā vniuerſę carnis ingreſſo, corporeq̄ue
ipſi⁹, ꝓut moris eſt, eccleſiaſticę tradito ſepulturæ:
vel trāſlato, vel cedente, vel depoſito: nos tales cō-
ueniētes in vnū ad electionē futuri pontificis no-
ſtri canonicè celebrādā, talē terminū duximus ſta
tuendū. Citatis igitur interim, & tūc præſentibus
omnibus, qui electioni celebrādę debuerūt volue
runt & potuerūt cōmodè intereſſe in capitulo vel
eccleſia, vel tali loco ad hoc apto & honeſto ſeu cō
ſueto: nos incœpimus de electione futuri pontifi-
cis tractare. Sanè poſt diuerſos tractat⁹ inter nos
habitos, & noīationes diuerſarū perſonarū ſimpli
ces, ac diſcuſsiones, & inquiſitiones multiplices: tā
dem placuit nobis vniuerſis & ſingulis p̄ viā ſcru
tinij procedere, & noſtrę viduitati eccleſię ꝓuide
re: ideoq̄ elegimus tres, ſ. tales de noſtro collegio
fide dignos. Dātes eiſdē vnanimiter plenariā po-
teſtatē, vt ſecretò & ſigillatim vota cunctorū, i. ſua
& noſtra diligenter inquirerent, & ea in ſcriptis
redigerent, & in ſcriptis redacta mox in cōmuni
publicarēt: & tā numeri ad numerū q̄ zeli ad ze-
lū, & meriti ad meritū collatione p̄ eos habita dili
genti illum eligerent, in quem inuenirent oēs, vel
maiorē partē, & ſaniorē noſtri capituli ſiue colle-
gij conſenſiſſe: ita q̄ vnus ipſorū de cōſenſu & vo
luntate aliorū duorū ſcrutatorū vice ſua & colle-
garum aliorū oīm electionē eandē pronūciaret in
ſcriptis, & ſolenniter celebraret: qui ſedētes in par
tem, primò vota ſua, ita q̄ duo ſcrutabātur tertiū:
ſecundò tres ſimul vota omnium aliorū: ſicut no-
bis poſtea retulerunt, ſecretò & ſigillatim diligē-
ter inquiſierunt, & in ſcriptis redacta mox in cōi
publicauerūt, & in noſtra præſentia p̄ eoſdē ſecun
dū formā eis datā tā numeri ad numerū, q̄ zeli ad
zelum, ac meriti ad meritum collatione habita dili
genti: talis vnus ex ſcrutatoribus de voluntate &
conſenſu & mandato illorum, talem in quē reper-
tū fuit oēs, vel maiorē partē & ſaniorē noſtri colle
gij ſeu capituli, quorū ſubſcriptiones inferius cō-
tinentur, in ipſo ſcrutinio conſenſiſſe vice ſua &
collegarū & omniū aliorū in his conſentientium
inuocata ſpiritus ſancti gratia in noſtrū: & noſtrę
eccleſiæ eligit epm & paſtorē, virū vtiq̄ plenę &
maturę ætatis, vt pote qui iam xxx. annum ætatis
ſuæ exceſsit: virum vtiq̄ ſufficientem, & idoneū
de matrimonio legitimo ſuſceptū, & in ſacris or-
dinibus conſtitutum, moribus, vita & literarū ſciē
tia merito cōmendandū. extra, de elec. cùm in cū-
ctis. in prin. ac in temporalibus circūſpectum. ex-
tra, de renū. niſi cùm pridē. §. p̄ defectu. xxxviij.
diſt. per totū. lxxxvj. diſt. fratrem. & potentē iu-
ra eccleſię defenſare: vt extra, de app. cōſtitutis. ij.
38 ¶ †Potes eum etiam aliter cōmendare, ſecūdū ca-

nones: illos. xxxiij. diſt. qui eps. lj. diſt. c. ſi. viij. q. j.
oportet. & c. ſeq. ſic ſ. natura prudētē, docibilē, mo
rib⁹ tēperatū, vita caſtū, ſobriū, ſuis negotijs ſem
per cauentem, humilē, affabilem, miſericordem, li-
teratum, & in lege Dñi inſtructū, & in ſcriptura-
rū ſenſib⁹ acutū, in dogmatib⁹ eccleſiaſticis exer-
citatum, doctum, pauidū, irreprehenſibilem, & ma
turum. ¶ Vel ſic, prout in libro pōtificali reperi-
tur. & xxv. di. §. nūc aūt. virū vtiq̄ prudentē, ho-
ſpitalem, moribus ornatū, caſtū, ſobriū, manſuetū,
deo & hoībus per oīa placantē. tū cōtra conſcien-
tiā nō loquaris. xxij. q. ij. primū. extra, de præſcri.
c. ſi. & de ſimo. p tuas. ij. vnde ſufficit prima cōmē
datio, poſtea iunge: & electionē pronunciauit in
ſcriptis, & extra publicauit hoc modo. In nomine
patris &c. vt ſ. ver. his igit. vſq̄ ibi, poſt hoc cāpa-
nę &c. hoc ſaluo, qđ ibi poſt illud verbū nr̄i ſeu
collegij: debet ſic addi, quorū ſubſcriptiones infe-
ri⁹ cōtinēt. Dictāverò electionē ſic canonicè & ſo
lenniter celebratā & publicatā in cōi oēs vnanimi
ter recipim⁹ & approbam⁹. te deū laudamus, mo-
re ſolito cū cordis iubilo decantando. ſ. ver. conſe
quēter. ¶ Idem verò elect⁹ electionem hmōi ſibi
die tali p̄ſentatā, licet ex humanitate ſe inſufficien
tē & indignū aſſerēs multipliciter excuſaret: no-
bis tū vehemēter inſtātib⁹ timēs diuinis diſpoſi-
tionibus cōtraire, iugo diuinę vocatiōis ceruicem
cordis humiliās, inuocato diuinę pietatis auxilio,
die tali humiliter votis fratrū aſſentiendū duxit:
nō tā timidè q̄ deuotè electionē ipſam, officiū, o-
nuſq̄ impoſitū, vt ꝓdeſſe valeat ſuſcipiēs & acce
ptās. ij. q. vij. ſicut is. C. de epi. & cle. l. ſi quē q̄. viij.
q. j. in ſcriptis. xj. q. iij. q reſiſtit. extra, de renū. niſi
cū pridē. ꝓpe prin. Ideo aūt poſui de die p̄ntatio
nis: nā & acceptatiōis hodie electores, q̄ citò cō-
modè pñt, debēt electionē p̄ntare electo, ac p̄tere
eius aſſenſum. quem elect⁹ intra mēſem præſtare
tenet à tpe p̄ntationis: alioquin extūc priuat⁹ eſt
ipſo facto iure ſibi ex electione hmōi acqſito: niſi
talis eſſet pſona q̄ nō poſſet abſq̄ ſupioris lnīa cō
ſentire, quo caſu debet ſupior inqri. q ſi intra con
gruū tps cōcedere lnīam noluit, poterūt extūc ele
ctores ad aliā electionē ꝓcedere: vt in dec. Greg. a
a x. c. ti. q̄ ſit. li. vj. vbi de hoc dicem⁹ª, poſtea ſubiū
ge: Beatitudini igit: vr̄ę: & hoc cū papę ſcribit, &
ſunt hęc verba in decreto libri pōtificalis. Si verò
archiepo, vel p̄riarchę, dices? Reuerēdę igit paterni
tati vr̄ę duxim⁹ vnanimiter ſupplicādū, vt electio
nē ſuprà dictā dignemini cōfirmare: & electo nr̄o
p̄dicto mun⁹ cōſecratiōis p ſacrās vr̄arū manuū im
poſitionē impartiri: quaten⁹ authore Deo, nobis
velut paſtor idone⁹, & toti epatui. vel ſi eſt archi-
eps, vel primas, toti ꝓuincię in his, q̄ ad epm vel ar
chiepm ſpectāt, præeſſe valeat, & ꝓdeſſe: noſq̄ &
alij ſibi cōmiſsi, ſub eius ſacro regimine poſsimus
corā Dño ſalubriter militare. Et pōt hic poni clau
ſula illa, q̄ eſt j. §. ꝓx. ver. itē no. Vt aūt oīm nr̄m
vota in p̄dictis & ſingulis oībus cōcordaſſe, & in
hāc electionē & petitionē conuenire noſcatis ma-
ieſtati apoſtolatus veſtri. Vel ſi ſcribit metropoli-
tano vel patriarchę dicit, benignitati reuerēdę pa-
ternitatis vr̄æ, hoc canonicū decretū mittim⁹ ro-
boratū propr̄ijs manib⁹ & ſubſcriptū: vt extra, de
ele. innotuit. extra, de poſtu. prę. la. bonę. ij. ver. nec
nocebat. lxij. di. cū to. & ad maiorē cautelā ſigillis
39 capituli nr̄i, & etiā ꝓpr̄ijs ſigillatū. ¶ †Poſtea is,
q primā vocē habet rōne dignitatis vel ordinis vl̄
tpis: vt extra, de maio. & obe. c. j. & c. p tuas. & c.
ſtatuimus. & xvij. diſt. §. huic. & §. ſeq. vel q maior
eſt inter oēs, manu ꝓpria ſubſcribat in hunc mo-
dū. Ego talis ſuprà dictis oīb⁹ & ſingulis cōſenſi
& conſentio, & manu ꝓpria ſigno & ſubſcribo.
Nec pōt dicere, interfui: qa nō interfuit ī oīb⁹: &
ꝓpter hāc ēt rōnē ponūt ſupra illa verba, ſicut no
bis poſt ea retulerūt ī ver. dātes. qa illa in qb⁹ nō
interfuerūt, ſcire nō pūt, niſi p relatū: vt xxij. q. v.
hoc videt. Itē ideo reperit hoc verbū cōſentio: vt
ſatisfiat his, q dicūt q̄ inſtrumentū teſtificari de-
bet, non de prēterito: ſed de præſenti. arg. extra, de
iur. pa. qđ aūt. in fin. & eodē modo cęteri, ꝓut per
ordinem

& in c. auaritiæ. li. vj. Iuſtificat etiā ex alio capite. Punit ergo adminiſtrans ſed iſte actus non eſt propriè admini ſtratiuus, qui conſtare videtur in ali qua geſtione vñ l. ij. ff. de admi. tuto. dicit incipit gere re atq̄ adminiſtra re. & decre. auaritiæ. dicit adminiſtrationi ſe ingere re. & ſubdit gere re, recipere, vel im miſcere. hoc deno tat actum, non ſignum tantū. Et fa cit etiam in authē. vt hi, qui ob. §. pe. coll. vij. bene facit ff. de fur. ſi quis vxori. §. neq̄ verbo ADDE de hac additione latius p Old. conſi. ccxlvj. incip. quæſt. talis. vbi dicit ita per pa pam Io. xxij. pro-nunciatum cū con ſenſu plurimorum Cardinalium.

¶ Dicemus. Et ele ctus eſt omni iure ſibi ex electione quæſito priuatus: vt in extrauagan. benedicti, ſi religioſus.

ordinẽ veniant in manibus proprijs subscribentem: vt extra, de ele. cùm inter canonicos. & aliquod signum apponat, puta crucem: vel aliud quod voluerint ante & retro. De his subscriptionibus no. quidã extra, de re iudi. cùm inter vos. Et si aliquis sit inter eos, q̃ scribere nesciat, ponat signũ & dicat: & qa nesciebã scribere, per manũ talis subscribo. vel sic scribens dicat: & ego talis vice talis scribere nesciẽtis, vel non valentis, & de mãdato suo &c. vt in prę. c. cùm inter vos. ¶ †Tabellio autẽ subiũgat sic: Acta sunt hęc tali anno, mense & die, &c. Et sic tam ex hoc & ex die pronũciationis supra posita, quàm ex die vocationis. s̃. in prin. posita colligi poterit intra quod tẽpus electio fuerit celebrata. ¶ In quibusdã autẽ prouincijs decretum in modũ publici cõficitur instrumẽti: dicẽdo, tali episcopo, tali anno, &c. vt s̃. ver. ea propter. & semper loquitur in instrumẽto tabellio, qui in omnibus interfuit. ¶ Hãc decreti formã do. meus Hosti. fons iuris, tradidit paucis mutatis. Sed certè potius est hæc forma literæ super confirmatione electionis petenda directæ, quàm decreti. ¶ †Et in consistorio domini papę vtrũque requiritur. Lecta etenim huiusmodi litera semp decretũ petitur exhiberi. xlvij. dist. de Petro. extra, eo. innotuit. & lxiij. distin. in quãto. ij. q. j. legũ. †decretũ igitur sub hac forma cõcipitur:

❧FORMA DECRETI. ¶ Anno, mẽse, & die talibus bonę memorię R. episcopo nostro viã vniuersę carnis ingresso, corporeq̃ &c. vt supra in prę. decr. ver. sacris. totum cõtinua vsque ibi: solẽniter publicandam, &c. quod verbũ est in fine pronũciationis. s̃. versic. his igitur. quę forma debet inseri in p̃missa forma: vt s̃. ver. vel sic. ꝓput postea subscribatur vt s̃. versi. postea is, qui. vsq̃ in fi. decreto sic formato, literę cõcipiantur iuxta prędictam formã à dño meo traditã. ¶ †Posset quoq̃ tertiò & alia forma seruari, quę multùm est cõsentanea iuribus de decreto loquẽtibus: vt lxj. dis. §. sed aliud. & c. seq. vt videlicet redactis votis in scripturã, & facta collatione, ac pronũciata electione in scriptis, sicut dictũ est suprà, in prin. versi. his igitur. vsq̃ solẽniter publicãdam. quod est in fi. ipsius pronũciationis, immediatè subscribãt oẽs illi scripturę, vt prędictum est, & etiã is, qui pronũciauit. Factis autẽ huiusmodi subscriptionibus, is, q̃ de mãdato capituli elegit, se iterũ sic subscribat: Ego talis prędictis omnibus & singulis interfui & cõsensi, & de mãdato omniũ eum elegi, & iterũ ad cautelam eligo in episcopũ & pastorem. Prętereà iũgatur sic: vt huic nostro decreto fides plenior adhibeatur, ipsum sigilli capituli nostrę munimine fecimus roborari. Is etiã, qui elegit, suum sigillum apponat. & hæc forma breuis & vtilis est. ¶ †Porrò ad maiorẽ cautelam electores faciant suum aliud decretũ, in quo dicãt, qualiter fuit eis, potestas eligẽdi à toto capitulo data: & qualiter ipsi processerũt, & elegerũt prout continetur s̃. in primo decreto. ver. dantes eisdem. vsque, in scriptis, & publicauit, &c. verbis decenter mutatis: & sigilletur eorum sigillis. ¶ †Liquet igitur ex præmissis, quod quinq̃ fient decreta. Primũ de potestate scrutãdi & eligẽdi data: vt s̃. in prin. ver. si ergo. ibi: & huic instrumẽto, &c. Secũdum de potestate pronunciandi & publicãdi electionem, quam scrutatores seu electores, vel etiam capitulum dant vni. de qua s̃. ver. his igitur. Tertiũ, quod fit à toto capitulo. de quo s̃. ver. hanc decreti. Quartum, quod fit ad cautelam ab electoribus. de quo iam dixi in ver. porrò. Quintum, quod mittitur primò papæ, vel metropolitano seu primati. de quo s̃. ver. celebrata. Hic etiã quinq̃ faciẽda sunt, cùm per viam proceditur compromissi verbis decenter mutatis. Instrumenta quoque publica sunt super singulis articulis faciẽda. quod necesse est & vtile. ¶ †Nã secũdùm vsum curię Romanę decretũ nõ probat electionem canonicam esse: nisi aliter de ea legitimè cõstiterit prout no. secũdùm papã extra, de electione. innotuit. &c. nihil. ¶ †Sed licet prędicta solẽnitas sit de iure & in episcopatibus & maioribus dignitatibus obseruetur, tamen in nonnullis prouincijs, in abbatijs, & in alijs inferioribus electionibus, his omissis solo instrumẽto electionis sunt contenti, quod conficiunt sub hac forma:

❧FORMA. ¶ Olim bonę memorię G. abbate sancti Pauli Narbon. viã vniuersę carnis ingresso, ipsiusq̃ corpore ecclesiasticæ tradito sepulturę: canonici eiusdẽ ecclesię, hi videlicet, ad quos abbatis spectat electio, ad tractandum de futuri electione pastoris in capitulo conuenerunt: & vna nimi consensu tres ex se, videlicet B.C.D. pro inquirendis diligenti scrutinio votis fratrũ: reliqui omnes ibidem continuò elegerunt, q̃ tres scrutatores secedẽtes in partẽ, ex cõmisso sibi officio, & ex præmissa authoritate cõcessa: primò ad se vocauerũt T. ipsum per Deum viuum adiurantes, vt illũ nominet, in quẽ ex voto cõsentit, & quem credit pro bono statu eiusdẽ ecclesiæ sancti Pauli in tẽporalibus & spiritualibus meliorẽ. Ipso itaque T. statim nominante H. & in eum cõsentiẽte, eiusdem consensu & nominatione redactis in scriptis, subsequẽter ad se vocauerũt V. quo simili modo adiurato, idẽ V. nominauit L. & in eum cõsensit: q̃bus cõsensu & nominatione in scriptis redactis, deinde vocauerũt N. ipsum in modo similia adiurãtes. qui nominãs P. in eum cõsensit: quibus cõsensu &c. & sic de singulis. Postquã autẽ ipsi tres cęterorũ fuerũt vota scrutati, examinauerũt eadem adiuratione præmissa hoc modo adinuicẽ semetipsos. duo enim ex eis tertiũ adinuicẽ sunt scrutati: & sic diligẽti, vt dictũ est, inquisitione de seipsis facta, dictus B. nominauit talem, & in eum cõsensit. & capitulo nominauit talem, & in eum cõsensit. & dictus D. nominauit talem, & in eum consensit. Igitur singulorũ fratrum votis sigillatim & secretò scrutatis, & diligẽtius inquisitis, eisq̃ in scriptis redactis, dicti tres sua & aliorũ prædictorũ omniũ vota fratrũ mox in præsentia totius capituli publicauerũt, ipsa legi per ordinẽ faciẽtes: & cùm facta fuissent diligẽs collatio zeli ad zelum, numeri ad numerũ, meriti ad meritũ: quia ratione zeli, numeri, & meriti, vota fratrũ nominãtium H. in eum cõsentiẽtium plura & potiora reperta sunt: surgẽs statim vnus ex ecclesiæ senioribus, videlicet P. de volũtate omniũ de capitulo vice & nomine ipsorum, & totius capituli, inuocata sancti Spiritus gratia, ad honorẽ Dei & beatę Mariæ virginis & sancti Pauli cõfessoris eorũ patroni, & omniũ sanctorũ, p̃dictũ H. elegit in abbatẽ & pastorẽ dictæ ecclesiæ sancti Pauli, electionem ipsam corã omnibus fratribus & toto capitulo publicans subsequẽter. dicta verò electione dicto H. die tali prę̃sentata, idẽ electus, licet ex humilitate &c. vt s̃. in prima forma decreti. ver. idẽ verò electus. vsq̃, susc̃ipiẽs & acceptãs. postea iunge: itaq̃ fratribus exultatione magna gaudentibus & psallentibus, cantãtibus altis vocibus, te Deum laudamus, campanis pulsatis, ipsum H. sumẽtes & ducẽtes in ecclesiã suprà dictã inuocato nomine patris & filij & Spiritus sancti eũdẽ in sede pastorem & abbatẽ cum cordis iubilo posuerũt, mãdantes mihi notario infrà scripto publicũ inde conficere instrumẽtũ. Hæc forma prohatur ex his quę p̃missa sunt. ¶ Cõsiliũ est tamẽ vt tres p̃dicti scrutatores prius scrutẽtur vota sua, quàm aliorũ: vt s̃. ver. si ergo. [a] ¶ Qualiter autẽ decretũ seu instrumẽtũ formabit sup electiõe à patronis in rectorẽ alicui⁹ ecclesię celebratę: vide j. de iure pa. ver. verũ. & j. ver. si aũt elect⁹. Cęterùm si de electiõe in iudicio cõtẽdatur, sic libell⁹ cõcipit: LIBELLVS. ¶ †Corã vobis reuerẽdo patre dño H. dei gratia Hostiẽsi & Vellectren. epo, partib⁹ à dño papa auditore cõcesso, ꝓponо ego P. ꝓcurator seu syndic⁹ tali electi. vel si capitulũ ꝓsequat, qđ magis idoneũ est, ne elect⁹ de ambitiõe notetur: vt C. de epi. & cle. si quẽq̃. j. q. vj. sicut. is dicat. ꝓcurator talis capituli, seu maioris & sanioris partis ei⁹, q̃ talis ecclesia solatio pastoris destituta, canonici eiusdẽ ecclesię volẽtes de pastore viduatę ecclesiæ ꝓuidere, vocatis omnib⁹ q̃ voluerũt, debuerũt & potuerũt cõmodè interesse, & eis cõuenientibus in ecclesia cathedrali, assumpti fuerunt tres de collegio fide digni, videlicet talis & talis, q̃ secretò & sigillatim examinauerũt vota canonicorũ habita, & in scriptis fideliter redegerũt, & redacta mox in cõmuni publicauerũt: demũ collatiõe habita diligẽti, inuẽtũ est, maiorẽ partẽ & saniorẽ toti⁹ capituli in magistrũ T. cõsensisse: quẽ talis de mãdato omniũ seu maioris partis & sanioris & vice eorũ in archiepiscopũ electit ipsius ecclesię, & pastorẽ. & in cõmuni electionẽ huiusmodi publicauit. cui electiõi M. licet indebitè, se opponit: quare peto no㆓ p̃fati capituli dictã electionẽ, p vos reuerẽde pater canonicã ꝓnũciari & cõfirmari, & aduersario ppetuũ silẽtiũ imponi. [b] ¶ †Si verò duę electiões fuerint in discordia celebratę: tũc cõcipit sic libellus: LIB. ¶ Corã &c. vt s̃. vsq̃, & pastorẽ iũge. verũ minor pars ipsi⁹ capituli, quẽdã R. virũ insufficiẽtẽ & indignũ post appellationẽ ad sedẽ apostolicã ab alijs interpositã, dicit elegisse: quare peto electionẽ factã de T. per vos, reuerẽde pater, authoritate ap̃lica vel metropolitica (si es corã archiepo, cõfirmari) & electionẽ de p̃fato R. factã min⁹ canonicè, si electio dici põt, vt potè à lõgè minori parte capti, & post appellationẽ, & de psona min⁹ idonea temeritate nimia attẽtatẽ, cassari, seu irritari, seu infirmari, & cassam seu irritã nũciari. ¶ †Vel nõ ponas cãm, si vis: qa in ꝓcessu ꝓbabis, quã volueris: vt s̃. de lib. cõcep. §. fi. ĩ fi. Hę formę ꝓbãtur extra, e. post c̃q̃. & c. dudũ. j. in fi. & c. cùm ĩter canonicos. & cũ nobis olim. & c. corã. & c. Cumana. & c. cõgregato. & c. cõsideraui⁹. & c. cùm ĩ cũctis. ¶ †Sed nõ videt q̃ bñ petãt isti, q̃ petũt electionẽ suã cõfirmari, & electionem aduersarij cassari. Nã sup hac petitiõe lis cõtestat, ex quo petit prĩcipaliter cassatio, licet actor nihil ꝓbet de suę electiõis iustitia: tñ cassanda erit electio aduersarij, ꝓbato aliq̃, ꝓpter qđ dbeat cassari: licet fortè nõ fuisset actor aliàs admiss⁹ ad hãc petitionẽ

¶ Ver. si ergo. Ne sit in ipsorũ potestate alterã electionem facere meliorem: vt dixi eo. tit. quia propter. super ver. exquirent. per quæ & ea, quæ no. s̃. ij. col. ver. si ergo. & s̃. in forma, quæ incipit, almo. ver. q̃ succedentes. patet tres opiniones de hoc. Vnaq̃ ad scrutandum scrutatores, dentur alij scrutatores. Secunda quod quartus addatur tribus, ita q̃ sint tres numero scrutatores scrutatorũ. Item q̃ duo scrutentur tertiũ. & hoc seruatur, & sit prius propter rationem prædictã.

¶ Imponi. Colũna, quę sequitur, sumpta fuit ad literam de verbis Inno. & Host. in decr. cùm Bertholdus. j. fæpius allegata.

nisi ratione iuris sui: qa multi iniquè repelluntur, prout no. secundùm papā extra, de accu. super his. Quidā tamē dicūt, q̄ est admittēda. ar. extra, de re iudi. cùm Bertholdus. Sed tūc iudex nō pronūcia bit super cassatiōe electionis aduersarij, nisi actor probet de iure suo. ¶ Inn. iiij. no. in prę. c. cùm Ber tholdus. q̄ qcqd dixerit ipse ibi, vel extra, de iuré pa. cùm dilectus. quādo talis libellus porrigitur, sta tim cōtradictor pōt dicere, exprimè quo iure petis electionē tuā cōfirmari. & si dicit, qa canonica est. respondeatur, frater, multis modis pōt esse electio canonica, s. p̄ scrutiniū, vel p̄ cōpromissum. extra, e. qa p̄pter. Quādo q̄ etiā qs elegit iure suo, & quā- doq̄ iure deuoluto. e. ti. bonę. j. & c. ne p̄ defectu. & c. cùm Vin. Certifica ergo me, vt possim deli berare. ff. de edē. l. j. & extra, de li. ob. c. ij. tamen in hoc modica vis est, s. vtrū exprimat modū canoni- cę electionis. Sufficit enim, q̄ simpliciter petať elec- tio, tanquā canonica cōfirmari: sed in secūda par- te libelli est vis, scilicet vbi petiť altera electio in- firmari: tūc enim valde vtile est, vt petať causa in- firmationis. Si enim exprimat talē, quæ vergat in p̄iudiciū actoris, puta qa facta est de illiterato, vel irregulari, vel crimino so: & q̄ ideo eius electio nō tenet: nec p cōsequēs electionē suā, quę secuta est, potuit impedire: audiendus est. Si verò dicat cau- sam, de qua sua nihil interest, vt si dicit eū ineligi- bilē, vel iam electū cassandū p̄pter irregularitatē, vel crimē aliq̄d, sed nō sufficit in quo sibi p̄sit, vel obsit cassatio, nō recipietur hęc pars libelli: & si re cipiatur, restringēda erit sentētia tātum ad p̄iudiciū vel ad vtilitatē actoris, vt p̄dictū est: si tamē id fie- ri pōt. Alioquin si ad illa retorqueri nō pōt, & in- ueniatur electio iam cōfirmata cassanda, cassabitur: & imputet sibi reus, q talē libellū recepit, & actorē ante litis cōtestationē nō repulit, quod facere po-
52 tuit. C. de anna. excep. l. fi. Instit. eo. §. fin. ¶ †D. ta- men meus dicit q̄ quilibet canonicus pōt petere cassari electionē in ecclesia sua minus canonicè fa ctā: vel quod remoueatur prelatus minus canoni- cè institutus: licet petēs nō sit electus, vel sua non interfit, quo ad priuatā vtilitatē. argu. in his, q̄ no. extra, de elect. statuimus. imò etiam patronus, vel etiā parochianus cuiuslibet ecclesię admitteretur, saltē p̄pter periculū animarū. arg. xvj. q. vij. filijs. & si nō agēdo, saltē denūciādo superiori. arg. ff. de offi. præfe. vr. l. j. §. quod aūt. Insti. de his, q̄ sunt sui
53 vel alie. iur. §. fi. ¶ †Verūtamen dicūt quidā, q̄ ta- les libelli nō sunt admittēdi, s. peto cōfirmari elec- tionē meā, vel p̄cessum meū, nō obstāte electiōe alterius, vel processu. vel peto electionē meā cōfir mari, & electionē aduersarij cassari. Et ponūt ex- emplū in similib⁹: qa nec talis libellus esset admit- tēdus: peto talē fundū nō obstāte aliqua vēditiōe & traditione facta aduersario. Vel peto cētum ex causa mutui, nō obstāte pacto de nō petēdo, vel nō obstāte sentētia super hoc cōtra me lata. Sed certè isti minus bene dicūt. Nā oēs isti libelli recipiendi sunt, vt ꝟ. de act. seu pe. §. sup. ver. sed quæritur. & probatur ff. de priui. cre. Imperatores. ff. quod me. causa. metum. §. volēti. & l. si mulier. iij. fi. & l. seq.
54 ¶ †Nā & veteres actiones extinctę vtiliter cōpe- tunt. ff. si ex noxali causa agatur. l. ij. §. fi. ff. de capi. di. tut elas. §. libertates. C. si aduer. transac. l. ij. C. de acceptil. l. fin. Et hoc idē dicēdū est in restitutione in integrū, vt not. secūdùm papā extra, de in integ. rest. ex literis. In omnibus tamē libellis p̄missis, vi detur causa subiūciēda, videlicet quare nulla sit ele- ctio, vel p̄cessus, vel vēditio, vel pactū, vel senten- tia: cùm quantum ad hoc imploretur iudicis offi- ciū, quod ipse in premissis impēdere nō debet, nisi iusta causa expressa: de qua cognoscēdū est, vt p̄- batur ff. de minori. l. j. §. p̄tor edixit. & l. in causę. j.
55 & ij. ¶ †Dicunt tamen aliqui, q̄ in talibus libellis primò cognoscendum est de vltima parte libelli, quàm de prima. Inn. dicit q̄ simul de vtraque co- gnoscetur, sicut & in restitutione no. in prę. ca. ex literis. arg. C. loc. l. si cōductionis. & l. ne cui. & l. cō
56 ductores. ¶ †Itē p̄dicta locū habēt, nisi aliq̄d accre scat actori ex p̄dicta adiectione. Et hoc etiā debet in libello exprimere. aliàs nō recipietur libellus cum adiectione q̄uę ad- uersario obsit: nisi dicat quid ei accrescat. arg. ff. de rei vēd. l. in fundo. Et hoc idē dicēdum est de positionibus & probationibus super eisdē faciē-
57 dis: & de his nihil in libello cōtineatur, secūdùm papā. ¶ †Illud autē tibi cōsulo, vt petas tam electionē cōfirmari, & alterā cassari. extra, eo. dudū. j. in fi. & c. cōgregato. & de causa possess. & p̄prie. cum ecclesia. in fi. quia secūdùm formam petitionis sentētia debet dictari: vt extra, de simo. licet Heli. Si enim petas tātùm tuā cōfirmari, & cōfirmetur: per cōsequēs bene altera infirmatur. ff. de p̄cur. l. Pōponius. ff. de excep. rei iudi. si inter me.
a quia si pronūciatur, me esse[a] patronū: per cōsequens pronūciatur te non esse. ff. de iureiur. si duo patroni. Si pronūcietur, tuā nō valere, vel nō esse cōfirmādam: alia in suo statu remanebit, si nihil de ea actū fuerit. & ideo expedit petere vnā cōfirmari, q̄ alterā cassari. ¶ Quę autē hic desunt cir-
58 ca libellos, vide j. de causa possess. & propriè. §. in cōfessoria. ¶ †Si verò ali quis sit electus vel prēsentatus ad regimen alicuius ecclesię in discordia, concipe libellū eodē modo verbis cōpetenter mutatis: hoc saluo q̄ petas etiam te instituī & installari, & installatū defendi. xvj. q. vlt. decernimus.
59 & infrà ver. si autē electus. ¶ †Si autē metropolitanus nollet electionem sibi prēsentatam cōfirmare: tūc recurreret electus ad papam, & coram eo seu eius auditore cōcipiet sic libellū: LIBEL. ¶ Corā &c. propo. & c. q̄ cùm tali ecclesia vacante talis canonicè per viam cōpromissi vel scrutiniī electus extiterit ad eandē, electio ipsa fuit tali metropolita prāsentata ri- tè ac solēniter, & munus cōfirmationis ab eo petitū: ipse verò electionem ipsam renuit, vel distulit cōfirmare: quare peto per vos sanctissimè pater ipsam cōfirmari. & hoc si es coram papa: vel per vos, si es corā auditore.
60 viij. quæstione iij. Artaldus. extra, de appel. significauerunt. ¶ †Ad hoc si electio fit aliquibus exclusis seu cōtemptis, qui sunt in quasi possessione eligēdi: sic in possessorio libellū cōcipe: ¶ LIB. Corā &c. propono ego syndicus clericorū cōuentualium ecclesiarum ciuitatis Sutrinæ, nomine eorum cōtra capitulum seu syndicum vel œconomum maioris ecclesię, q̄ cùm ipsi eorū q̄ue prædecessores. sed non est vis de hoc: cōsueuerunt in- teresse electionibus episcoporū Sutrinorum: canonici ipsius ecclesię ipsis renitentibus & exclusis, vel contemptis, ad electionem episcopi proce- dere præsumpserunt, talem in suū episcopū eligēdo: quare peto electionē ipsam, quatenus de facto processit, de facto infirmari, & irritari: & domi nos meos in quasi possessionem iuris eligēdi, in qua ante motam cōtro- uersiam fuisse noscūtur, per vos reduci, & eos ad coeligēdū vnà cum ca- nonicis ipsis admitti, & admittendos fore decerni. extra, de causa pos. & proprie. cum ecclesia. ideo petit electionem irritari: quia aliter nō possent in quasi possessionē reduci. Hūc etiā libellū vide j. de causa poss. & p̄prie.
61 §. in cōfessoria. in prin. dic vt ibi. ¶ †Cæterùm si aliqs ex canonicis ipsius ecclesię sit cōtemptus, sic cōcipiet libellū: LIB. Corā &c. propo. cōtra ta- les, q̄ licet sim canonicus ordinarius & prębēdarius talis ecclesię, vocem- q̄ue habeā, vt canonicus, eligēdi, & in possessione vel quasi iuris canoni- catus existā: nuper vacāte ipsa ecclesia, prefati canonici dictę ecclesię me, qui in tali loco absens erā, vnde vocari debuerā, & interesse poterā & de- bebam, nō citato, sed cōtempto: vel citato, sed nō, vt decuit, expectato, ad electionē talis de facto p̄cedere p̄sumpserūt: quare peto prefatam ele- ctionē in cōtemptū meū meiq̄ue iuris prejudiciū attētatā, per vestrā sen tētiam cassari & irritari: cùm in talibus plus cōtemptus vnius obesse de- beat, quàm multorū cōtradictio in præsenti. peto etiā mihi ius eligēdi, & hac vice nostrę ecclesię prouidēdi per vos mihi concedi, & sentialiter ad-
b iudicari: vt extra eo. bonę memoriæ. ij.[b] & c. venerabilē. & ca. cùm inter vniuersas. & c. corā. & c. in Genesi. & c. j. extra, de causa pos. & propri. cū
62 ecclesia. xvj. q. vlti. cōgregato. ¶ †Quòd si qs agit contra canonicos su- per iniuria in iure eligēdi, sic concipiet libellū: LIB. Corā &c. propo. con tra tales canonicos, q mihi iniuriātur super iure vel quasi coeligēdi cum eis in ecclesia sua prælatum mihi ex tali causa competēti. quare peto eos p̄hiberi, & compelli cassari ab iniuria & molestia huiusmodi. Itē peto q̄ me patiātur in posterū vti libere illo iure cum eisdē: & ad hoc vestrū of-
63 ficiū imploro. extra, e. cùm ecclesia Vulterana. & c. Cumana. ¶ †Cōtra in- trusum autē sic cōcipe libellū: LIB. Corā &c. p̄pono cōtra P. q̄ ipse lai cali fultus potētia corporalem possessionē talis ecclesię est ingressus, & in ea quotidie debacchatur, & eam in meū p̄iudiciū & grauamen & animæ suæ periculū detinet occupatam in scandalū proximorū: quare peto eum à possessione talis ecclesiæ remoueri, & eum penitus repelli, & sibi super ea perpetuum silentium imponi. xvj. q. vij. si quis deinceps. & c. sequen.
64 ¶ †Quòd si consensit electioni de se factę per abusum secularis potestā- tis, sic libellū cōcipe contra eum: LIB. Corā &c. propo. contra P. q̄ ipse per abusum vel impressionem secularis potestatis electus, tali electioni de se factę cōsensit cōtra cōsti. cōcilij generalis: & his nō cōtentus in ea se procurauit institui seu intrudi, de præda solicitus potius, quàm de cura: quare peto electionē illā nullā per vos pronūciari, & eum ineligibilē fo- re sentētialiter declarari, & à possessione dictę ecclesię amoueri, & amouē dum fore decerni. extra, eo. quisquis. & c. bonę. j. ¶ Qualiter concipietur libellus cōtra eum, qui propter pluralitatē beneficiorū dicitur ineligibi-
65 lis, vide j. de concess. præben. in fin. ¶ †Si autem electus in rectorem alicu ius ecclesiæ collegiatæ petat electionem confirmari, sic dicet:
c ✻FOR. LI. Corā vobis venerabili patre tali archiepo cōstitutus ego talis p̄pono q̄ vacāte tali ecclesia, clerici eiusdē ecclesię ad electionē p̄cedētes me in suum

a ¶ Me esse. sup. so- lum.

ADDE, ad ver. ꝟ. do. meus. dixit ibi, imò etiam paro chianus. quæ dicū- tur per gl. & doct. in c. ex parte Adę. extra, de testib. & glo. mag. in c. qua- liter & quando. el ij. extra, de accu.

b ¶ Bonæ memorię ij. super antiqua o- pinione, quam po- suit ibi prima glo. fundatur hæc pars libelli, quę nō pro- cedit: vt patet in additiōe, quam ibi ponit finis glos. & vt super ea dixi. & quomodo ad hanc decr. respōdeatur, ibi no. iura, quę se- quuntur, non pro- bant hoc dictum.

me in ſuum rectorem & dictæ eccleſiæ vnanimiter elegerunt. quare peto electionem de me canonicè factam per vos confirmari & me in eadem eccleſia per vos inſtitui, & inſtitutum defendi. extra, eo. congregato. verſic. reliquis. & c. innotuit. verſi. cuius. extra, de cauſa poſſeſ. & proprie. cùm eccleſia. in princi. & vide decretum huiuſmodi electionis, j. de iure patrona. verſi. verum. & ſequen.

De via compromiſsi.

SVMMARIVM.

1 ☞Canonici vacantis eccleſiæ per viam compromiſsi volentes in electione procedere, qualiter procedent.
2 In electione per viam compromiſsi, ſemper ſtandum eſt maiori parti.
3 In electione per viam compromiſsi, vnus pro ſe & pro alijs poteſt pronunciare.
4 Tranſlatio poteſtatis alicuius capituli ad vnum pro electione proferenda, qualiter cautè ſit fienda.
5 Electio ſemp eſt vniuerſalis: trãſlatio aũt ptãtis, vniuerſalis & ſingularis.
6 Vno vel pluribus de capitulo de electione compromittentibus, an omnes compromittere cenſeantur.
7 Electio non eſt per omnes ſimul de capitulo pronuncianda, ſed per vnum ad hoc deputatum.
8 Electio per viam compromiſsi, & eius publicatio qualiter ſit facienda.
9 Electione per viam compromiſsi formata & celebrata, decretum electionis eſt formandum.
10 In compromiſſo honeſtum eſt ſingulorum conſilia perquirere.
11 Decreti forma ſecundùm diuerſos caſus & diuerſas procedendi formas, ſolet immutari.
12 Decretum ſolum ad electionis confirmationem petendam, an ſufficiat.
13 Duobus electis quid ſit in mandato ponendum.
14 Procurator an ſit ad confirmationem electionis petendam ſufficiens.
15 Electionis confirmatio, quibus medijs eſt obtinenda.
16 Electionis confirmatio qñq; ſolo publico inſtrumento dicitur obtineri.
17 Libellus qualiter fit, vbi electionis confirmatio in forma iudicij petitur.

a 1 SVperius de via ſcrutinij ꝓlibauimus: nũc de via compromiſsi[a] aliqua diſputemus. †Si igitur canonici vacantis eccleſiæ per viã eligãt ꝓcedere cõpromiſsi, de quo fiat publicũ inſtrumẽtũ, ſic ꝓcedent. Vocato enim capitulo ꝓut ſ. in prin. ꝓmiſſum eſt, cõmittãt vices ſuas, & trãsferãt & dẽt ius & ptãtem liberã eligendi aliquibus viris idoneis: puta vni, duobus, tribus vel pluribus. nõ eñ eſt in hoc vis: vt ꝓbatur extra, eo. in cauſis. & c. cũ dilecti. & c. cùm in iure. & c. cãm q̃. & c. qa ꝓpter. de renũ. poſt tranſlationẽ. poſſunt etiã eſſe extra collegiũ: vt in præ. c. cauſam, quæ. & põt eſſe ſolus vnus: vt ibidẽ, ita vt ipſi vel maior pars eorũ nomine, & vice ſua & totius capituli per electionẽ canonicã, vel per noïationẽ ſolẽnẽ, vel poſtulationẽ concordem, quibus modis prouidetur eccleſijs viduatis: vt extra, eo. c. ſtatuimus. & de poſtu. præla. bonæ. j. in fi. viduatæ eccleſiæ prout inter ſe cõuenerint, Deũ ac bonum ſtatum eccleſiæ habentes præ oculis, de perſona idonea prouideant de paſtore: ita quòd vnus eorum de conſenſu aliorum cõpromiſſariorũ, vel maioris partis eorũ, vice ſua & collegarũ, & capituli, illum, in quem conuenerint, eligat vel poſtulet: vel electionem ſeu poſtulationem in omnium præſentia publice: vtile eſt enim iſta concedi, vt malitijs occurratur. ſ. §. proxi. in prin. extra, eo. quia propter. & c. cauſam, quę. & c. cùm dilecti. promittentes ſe illũ habere paſtorẽ, quem ipſi vel maior pars eorum duxerint eligendũ, aut etiã poſtulãdũ. extra, eo. dilectus. & c. in cauſis. in prin. & c. cũ in iure. de qua poteſtatis tranſlatione iuxta præmiſſa fiat publicũ inſtrumẽtum[b]. ¶ Et bene dixi, maior pars eorum. nam compromittentes poſſunt apponere modum & formam, quam volunt. ff. de arbit. non diſtinguemus. §. de officio dum tamen licitam & honeſtam: vt in præ. c. in cauſis. in prin. extra, de ſortile. c. fi. extra, de electio. per inquiſitionem. ¶ †Et niſi aliud dictum ſit, ſemper ſtabitur maiori parti. ff. de arbi. item ſi vnus. §. principaliter. & extra, eo. c. j. & c. cùm in iure. & c. coram.

3 ¶ †Item illud, quòd vnus eorum de conſenſu aliorum eligat: ponitur ad omne dubium excludendum. Nam, vt dicunt quidam, vnus poterit pro ſe & pro alijs pronunciare: licet hic non fuerit expreſsè actum. & hoc curia

c ſeruat[c] ſecũdũ do. meũ. Alij cõtra, quibus iura fauent: vt in præd. l. non diſtinguemus. §. cũ in plures. & l. ſicuti. ¶ †Et nota quòd tranſlatio huius poteſtatis in compromiſſarios cautè fieri poteſt, hoc modo: puta, aliquis, cui hoc fortè competit ex officio vel ex mandato capituli, vel etiam, qui hoc ſibi aſſumit, non cõtradicente capitulo, quærat à ſingulis, ſi placet eis per viam procedere compromiſsi: ſingulorum autem conſenſu requiſito & habito, tractabitur de perſona, cui committatur. deinde ſingulorum autem conſenſibus ſuper hoc etiam requiſitis, & in vnam perſonam, cui cõmittatur conuenientibus: vnus, cui hoc ex officio vel mandato capituli competat, dicet: ego vice capituli & mandato, ſi ad hoc habet mandatum: committo ſeu do poteſtatem tali prouidendi noſtræ eccleſiæ de paſtore. nec etiam fortè malum eſt, ſi dicat, nos capitulum damus poteſtatem tali. Idem ſi & de forma & perſona ſibi commiſsio fiat: non malum ſingulari

5 ter requiri conſenſus. ¶ †Sed nunquid ſufficit ad tranſlationem poteſtatis, ſi ſinguli requiſiti, dicant: do tali poteſtatem: vel transfero in talem, nulla alia trãſlatione ſubſecuta? R ñ. obtinuit ꝙ ſic: qa licet electio ſit vniuerſalis: trãſlatio tamẽ poteſtatis nõ eſt ſolùm vniuerſitatis, ſed & ſingulorũ: qa iura, quæ ſinguli habẽt, trãsferuntur. licet V in. cõtradicat dicẽs, ꝙ nõ debẽt eſſe ſingulares trãſlationes poteſtatis: ſicut nec ſingulares electiones:

d 6 vt no. extra, eod. in Geneſi.[d] ¶ †Itẽ nũquid ſufficit, ſi vnus vel plures dicant: demus vel damus tali poteſtatẽ prouidẽdi. vel ſi dicãt: placet vobis, ꝙ cõ promittamus in talẽ. Et videtur ꝙ ſic, ſi alij nõ cõtradicant: & multò fortius ſi aliqui reſpõdeãt. xvj. q. j. cõſuetudo. quia in his, quæ me inuito fieri nõ poſſunt, ſicut eſt cõpromiſſum, taciturnitas pro cõſenſu habetur. ff. de pig. act. grauis. ff. de reg. iur. ſępe. Quidã tamẽ ſunt cõtradicẽtes, ꝙ propter magnitudinẽ negotij ſinguli ſigillatim debẽt requiri, & expreſsè cõſentire in tranſlationem poteſtatis, vel diſſentire: ne ſi liceret cuilibet prorumpere ad nominationẽ, aliqui nominarẽt etiã malũ, vt ſibi nominati fauorẽ acquirerẽt: & ſic locus deliberationi auferretur. tales enim nominationes, quæ ſine tractatu debito fiũt, nõ valent. C. de appel. no

e minationes. quę eſt ij. quęſtio. vj.[e] ¶ †Cõpromiſſarij ergo recepta huiuſmodi poteſtate trahãt ſe in

7 partẽ: vt in prę. c. in cauſis. & adinuicem deliberẽt, & cõferant de bona perſona. & ſi cõcordauerint, redeant ad capitulũ, pręmiſsis per ordinẽ obſeruatis, vnus eorũ electionẽ pronũciet & publicet. Nõ enim debẽt ſimul omnes pronũciare, etiã cùm ꝓceditur per viã cõpromiſsi: vt extra, eod. in Geneſi. imò electio cuiuſdã mei amici propter hoc fuit caſſata: quia omnes cõpromiſſarij eum elegerant. Cùm enim canonici ius ſibi competens in eligẽdo e in iſtos trãſtulerint, nõ poſſunt plus eis cõcedere, quàm eos cõſtet habere. j. q. vij. Daybertũ. extra, de dote poſt diuor. reſtitu. nuper. ac ipſi ibidẽ non poſſunt omnes eligere ſimul: ſed nec vnus ex pluribus cõpromiſſarijs. qui vice ſua & ſociorũ prouidet, formet verba in plurali dicẽs: Nos vice noſtra & capituli prouidemus de tali. vel eligimus talem. quia propter hoc fuit quædã electio caſſata. Non tamen dicitur de iure, ꝙ propter hoc debuerit caſ-

f ſari. argu. ff. de duo. re. l. duo.[f] ¶ †Fiet ergo electio f

8 & publicatio in capitulo in hac forma:

☞FORMA PRONVN. In nomine patris & filij & ſpiritu ſancti amen. Anno, mẽſe & die talibus, ego talis de volũtate & cõſenſu taliũ collegarum meorũ, in quos vnanimiter compromiſſum fuit à capitulo noſtro, & in quos poteſtatem prouidẽdi eccleſię de paſtore trãſtulerunt (ſicut eſt ſuperius prolatũ) vice mea & ipſorũ & omniũ aliorũ in electione ius habẽtiũ, & hic præſentiũ, & ex poteſtate & authoritate ſuprà dicta mihi & collegis meis cõceſſa, inuocata Spiritus ſancti gratia, talẽ, in quẽ ſimul nos tales cõuenim⁹, in noſtrũ & noſtrę eccleſię eꝑm eligo & paſtorẽ, & de ipſo ꝓuideo di ctę eccleſię in paſtorẽ, ipſam electionẽ in ſcriptis & ſolẽniter publico in cõi. extra, e. quia ꝓpter. Licet enim dicat lex in plurib⁹ arbitris, ꝙ oẽs aut nullus ſentẽtiã dicãt: vt ff. de arb, §. itẽ ſi plures. omnes dicere videtur, ſi vnus præſentibus ſocijs & mãdãtibus, dicat: vt no. eo. ti. l. ſicuti. Et hoc quãdo cõpromiſſarij ſunt de collegio, prout dicit cõſiliũ. Si verò eſſent extranei, qđ põt fieri: vt eo. ti. cauſam quę. nõ oportet ꝙ dicat, vice ſua, vel vice noſtra: ſed ſufficit dicere, totius capituli. & hoc cùm totum concordat. Nã vno cõtradicente, nõ poteſt per viã cõpromiſsi ſic procedit: vt ff. de arbit. l. iij. §. tametſi.

9 ¶ †Poſtmodũ verò electionem corã clero & populo publicẽt: vt ſ. §. proxi. ver. his igit. in fi. Et nota ꝙ cõpromiſſarius magis propriè dicit, prouideo, quàm eligo: vt in præ. c. quia propter. ibi: prouideant, &c. Si tamẽ dicit, eligo: nõ obeſt. Electione verò celebrata decretũ electiõis taliter formetur.

☞FORMA DECRET I. Almo ac beatiſsimo &c. vt ſ. §. ꝓxi. in alio decreto vſq; tãdẽ placuit vniuerſis & ſingulis per viã, &c. Iũge, cõpromiſsi noſtrę viduatę eccleſię prouidere, cõſiderãtes difficulter multitudinẽ in vnũ cõuenire, & ſępe in paucos potius ſpiritum conſilij ſanioris venire: dedi-

a ¶ Compromiſsi. Gui. Man. de hoc tra. parte ij. c. xxxix. vſque ad li. inclusiuè de formis. parte ij. c. viij. & ix.

b ¶ Inſtrumentum. Formam vide in li. Guid. Mã. parte ij. forma viij. & ix.

c ¶ Seruat. Et ſic eſt hodie approbatũ, de ele. ſicut cùm. li. vj. Ad cõtraria reſpõde vt ibi not. in gloſſ. ſed nonne. & glo. pe.

d ¶ In Geneſi. ſtatim remittam.

e ¶ q. vj. De his quę continet hęc additio, ad ver. & no. hucuſq;. vide quod breuiter ſcripſi eo. titu. in cauſis. poſt prin.

f ¶ L. duo. In duobus reis promittẽdi nõ refert, an interrogatio & reſpõſio fiat per verba ſingularis numeri vel pluralis: ſed ſolue per no. eo. tit. ſicut cùm. lib. vj. in gl. ſed nonne expeditum eſt etiam de re iud. c. pen. lib. vj. quòd per verbum ſingulare facienda eſt pronunciatio. & ꝙ ſi vnus ſolus cõpromiſſarius ratione dignitatis loquitur in plurali: & an hic rigor in prouiſionibus locum habeat, ibi no. in vlt. glo.

mus plenã & liberã vnanimiter poteſtatẽ tali, vel talib⁹ viris fideliſsimis: vt idẽ vel maior pars ipſorũ vice ſua & noſtra ꝑ electionẽ canonicã, vel nominationẽ ſolẽnẽ, ſeu poſtulationẽ cõcordẽ eccleſię noſtrę ſuprà dictę vacãti, ꝓput cõueniret inter ſe, Deũ bonũq; ſtatũ ipſius eccleſię habẽtes p̃ oculis, de ꝑſona idonea ꝓuiderẽt, oẽm poteſtatẽ noſtrã, & vicẽ eis ſup hoc cõmittẽtes: ita q; vn⁹ ipſorũ de cõſenſu aliorũ cõpromiſſariorũ, vel maioris partis eorũ, vice ſua, & collegarũ, & noſtra illũ, in quem oẽs ipſi vel maior pars eorũ cõuenirẽt, eligerẽt, & electionẽ ſolenniter in noſtra p̃ſentia publicarent.

10 Qui †ſecedẽtes in partẽ & Spiritũ ſanctũ inuocãtes deuotè, ꝓput nobis poſtmodũ retulerũt, requiſierũt ſuper hoc canonicorũ cõſilia ſingulorũ. hoc tamẽ non eſt neceſsitatis, niſi actũ eſſet in cõpromiſſo: honeſtũ tamẽ eſt.[a] extra, eo. ne ꝓ defectu. & de cõceſ. p̃ben. nulla. & de his, quę ſi. à pręla. ſine cõ. c. nouit. q̃bus auditis, & deliberatiõe ac examinatione inter ſe habita diligẽti: tãdẽ in talẽ ſpecificã eius nomẽ, dignitatẽ vel ordinẽ, vtrũ ſit de gremio ipſi⁹ eccleſię, vel nõ. arg. extra, eo. cùm inter canonicos. & c. dudũ. j. & c. ſcriptũ. lxj. diſ. null⁹. & c. p̃cedere. Idẽ, ſi maior pars ipſorũ vnanimiter cõuenerũt vtrũ vtiq; plenè &c. vt ſ. ꝑxi. ī primo decreto. ver. virũ. vſq;. vnde ſufficit prima cõmendatio. poſt iũge, quẽ talis ſecũdùm formã in cõpromiſſo appoſitã, in hũc modũ elegit: in nomine p. &c. vt ſ. ꝓxi. verſi. his igit᷑. vſq; ibi: publico in cõmuni &c. hoc ſaluo, q; poſt illud verbũ: & hoc preſentis. debet ſic addi, quorũ ſubſcriptiões inferius cõtinẽtur. poſtea iũge: dictã verò electionẽ ſic canonicè, &c. vt ſ. in primo decreto. vſq; in fi. ſ. vſq; ad ver. tabellio. vel forma aliter, vt ſ. ſ. j. ver. hanc decreti, verbis cõpetẽter mutatis. Poſſet autem ex hoc publicũ cõfici inſtrumẽtũ: vt in prę. ver. tabellio. & ſeq. ¶ †Hoc aũt ſciẽdũ eſt, q; ſecũdùm formas diuerſas & caſus varios, & alia q̃ quotidie occurrũt, oportet decreti formas immutari. extra, de cõſan. & affi. nõ debet. & ſ. ī procœ. ver. huic ergo.

11 ¶ †Itẽ nota q; ſolum decretũ ad cõfirmationẽ petẽ dã nõ ſufficit: imò q decretũ mittũt, ſufficiẽtes ꝓcuratores mittere debẽt. Quã formã vide ſ. de ꝓcura. ſ. vt aũt. ver. cęterũ monachi. Quidã tamẽ in decreto ſeu litera, q̃ mittit᷑ papę, vt dixi ſ. ſ. proxi. ver. hãc decreti. ante illũ ver. vt aũt omniũ, &c. ponunt hãc clauſulã,[b] & ad huiuſmodi etiã cõfirmationẽ nomine noſtro à veſtra ſanctitate petendã, talẽ & talẽ noſtros ꝓcuratores ordinamus & cõſtituimus: & ꝓpter hoc eos ad pedes veſtræ ſanctitatis duximus deſtinãdos. extra, de poſtu. præ. c. pe. dãtes eis plenã & liberã poteſtatẽ petẽdi cõfirmationẽ, &, ſi neceſſe fuerit, ꝓuiſionẽ, & iurãdi in animas noſtras, ſi viſum fuerit expedire: ꝓmittẽtes nos ratũ, gratũ, & firmũ ꝑpetuò habituros, quicqd ꝑ eos in dictis, ſeu aliquo p̃miſſorũ, extiterit ꝓcuratũ. & tũc nõ eſt aliud mãdatũ neceſſariũ.

12 ¶ †Si autẽ duo eſſent electi: iungãtur alia in mandato, videlicet q; cõſtituitur ad petẽdã cõfirmationem electiõis à maiori parte factę, & ad agẽdũ & defendẽdũ, & ad omnia faciẽdũ q̃ in ꝑſonis ꝓpriis facere poſſent: & huiuſmodi alia cõſueta: vt in prę. verſi. cęterũ.

13 ¶ †Licet aũt᷑ ꝓcurator ſit ſufficiẽs ad cõfirmationẽ petendã: ſi tamẽ diſpẽſatio in aliquo fuerit neceſſaria, vacuus remittetur: in qua petẽda ſpeciale mãdatũ req̃ritur. arg. extra, eo. innotuit. &

14 no. extra, de reſtit. in integ. corã. ¶ †Eſt etiã neceſſe pręter hoc mitti aliquos prudẽtes de ipſo collegio, ꝑ quos ſuperior tam de forma electiõis, q̃ de zelo & ſtudijs eligẽtiũ & meritis electi, poſsit inſtrui: vt in cõcor. q̃ ſunt ſ. deinquiſi. ſ. nũc tractamus. ver. in ſumma. in prin. Alioquin nõ obtinebitur confirmatio: nec eſt alia citatio neceſſaria: vt

15 no. ſecũdùm papam extra, eo. innotuit, & c. nihil.[c] Licet autẽ forma pręmiſſa in epiſcopatibus & ſu-

16 perioribus dignitatibus frequẽtetur: †in quibuſdã tamen prouincijs his omiſsis ſolo inſtrumẽto publico ſunt contẽti: quod cõficiunt ſub hac forma:

✠FORMA. Olim bonæ memoriæ, &c. vt ſ. ꝓxi. ver. ſanè. licet. vſq; cõuenerũt. iũge, cõſiderantibus igitur eis, quod potius in paucos ſanioris conſilij ſpiritus ſæpe venit, tres ex ſeipſis, ſ. B. C. & D. viros vtique fideliſsimos pro futuri faciẽda electione paſtoris, reliqui omnes ibidem cõtinuè vnanimiter elegerũt: ipſam eis electionẽ & omnem ſuper hoc ipſorũ vicẽ totaliter cõmittentes, & plenã eius authoritatẽ, poteſtatem & licẽtiam dãtes, illũ in abbatem & paſtorẽ ipſius eccleſię ſancti Pauli eligẽdi, quem pro bono ſtatu ipſius eccleſię, in tẽporalibus & ſpiritualibus viderẽt & decernerent meliorem. idẽ verò B. C. & D. ſecedẽtes in partem, Spiritu ſancti gratiã inuocãtes, poſt ſolicitã & longam examinationẽ, cõſiderata prohibitate & honeſtate B. prudentia quoq; eius, & morib⁹ & authoritate & poteſtate ſibi tradita, in ipſum B. vnanimiter conſenſerunt, & inuocato nomine patris & filij & ſpiritu ſancti, vice & nomine omniũ fratrũ, & totius capituli prædictorũ, ipſum nominauerũt eligẽdo, & elegerũt nominãdo in paſtorẽ & abbatem eccleſiæ antè dictę: electionem ipſam mox corã dicto capitulo publicãtes, &

17 de his omnibus mihi notario infrà ſcripto, publicũ mãdantes cõficere inſtrumẽtum. Hęc forma ex ſuperioribus iuribus cõprobatur. ¶ †Cęterùm ſi in forma iudicij cõfirmatio petatur, ſic cõcipitur libellus: LIBEL. Coram &c. vt ſ. ſ. proxi. in primo lib. vſque, talis & talis. iũge, q̃bus ab omnibus & ſingulis de capitulo fuit collata poteſtas, vt vice omniũ deberẽt de paſtore viduatę eccleſię prouidere, qui tãdem de magiſtro T. viro vtique prouido & diſcreto literato & honeſto, atque de matrimonio legitimo nato, vice omniũ ipſi eccleſię prouiderũt. & eum elegerũt: & vnus eorum vice ſua, & aliorũ collegarũ & totius capituli vel maioris & ſanioris partis, prout in mãdatis habebat, eam elegit in paſtorem & abbatem eccleſiæ memoratę: & in cõmuni electionẽ huiuſmodi publicauit. quare peto, &c. vt ſ. ſ. j. in primo libel. ¶ Si autem duo fuerint per cõpromiſſarios electi: vel ſi electionem per cõpromiſſum factã metropolitanus cõfirmare recuſat: cõcipias vt ſ. ſ. j. verſi. ſi verò duos. verbis cõpetenter mutatis. & in huiuſmodi libello, ſi volueris, poteris plura narrare: ſicut ſ. in decretis eſt plenius prælibatum. ¶ Item in hac forma quinque poſſunt decreta formari: ſicut diximus in forma ſcrutinij, ſ. ſ. proxi. verſi. liquet. verbis competenter mutatis, ſecundùm quod proximè poſitum eſt.

a ¶ Eſt. Vbi circunſtantiæ non reſiſtant, vt ſcripſi in decre. qua propter. ſuper verbo, de paſtore. in fi.

b ¶ Clauſulã. Quod placet Roſ. in tracta. electionis, antẽ fi.

c ¶ Nihil. In cathedralibus & regularibus eccleſijs, quarum confirmationes ex immediata ſubiectione vel appellatione ſpectant ad papam, ſeruãda eſt. in dec. cupientes. eo. ti. lib. vj.

d ¶ De forma inſpirationis. De hac Guid. Ma. parte j. c. lij. & parte ij. c. x.

✠ ADDITIO.

e ¶ Miracula per malos. Adde omnino & vide Ioã. de Turre cre. in c. nec mirũ. xxvj. quæſtio. v. & Panor. in c. j. de reli. & vene. ſan. Et quid ſit miraculum, & an eccleſia poſsit errare in canonizatione ſanctorum, vide Feli. in c. venerabili. de teſti. Et adde, q; in miraculis non creditur teſti. ſine redditione cauſæ: per Bal. in l. ſolam. col. fin. ver. modò hic quęritur. C. de teſti. & vide Panor. in c. cum Marthæ. de cele. miſ. Hen. Ferran.

f ¶ Eligat Hoſt. cõtra. & vide quod ibi ſcripſi, eo. titu. quia propter. verſicu. niſi forſan.

De uia inſpirationis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Electio quando dicatur per inſpirationem facta: & an talis ſit valida. Electio per inſpirationem facta, non eget confirmatione: quia qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege.
2 Virtus apparens, non ſemper apud Deum virtus eſt.
3 Verbum eligo, ſeu eligimus, in actu electionis idem important.
4 Decretum electionis per inſpirationem factæ qualiter ſit conficiẽdum.
5 Electio inſpirata non dicitur, vbi vnus contradicit, & cauſam aſsignat.
6 Electio quando per quaſi inſpirationem fieri dicatur.
7 Electio nõ dicitur inſpirata, vbi altera pars tãtùm vna voce aliquẽ elegat.
8 Poteſtas prouidendi de ſuperiore, quo caſu ad extraneum deuoluatur.
9 In electionibus canonicorum ad præbendas, an ſit neceſſaria forma.

d NVnc nobis dicẽdum reſtat de forma inſpirationis.[d] ¶ †In electione ergo

1 per quaſi inſpirationẽ factã, ſic nota q; ſi dũ canonici primò intrãt capitulũ, nullo ſpeciali tractatu p̃cedẽte, quaſi diuina reuelatione oẽs in aliquẽ repẽtè cõſentiunt, & ſimul eũ nominãt, & eligãt, dicẽtes vna voce, eligo T. talis electio dicitur ꝑ inſpirationẽ facta: vt valet, & tenet: licet ex vocib⁹ ſingularibus facta: qa q; ſpiritu Dei agũtur, nõ ſunt ſub lege: extra, de renũ. niſi cùm pridẽ. ſ. verũ. & xix. q. ij. duę. ¶ Quinimò ſi de hac diuina inſpiratione cõſtaret, nõ eſſet neceſſaria cõfirmatio: quia non eſt ſub lege talis electio, vt p̃dixi: qa maior eſt vis benedictionis, q̃ naturę. de cõſe. diſtin. ij. re vera. prope fi. j. col. x. di. ſuſcipitis. & maiori tribunali reſeruatur. xxxiij. diſtin. quorũdã. ff. de re iud. cõtra pupillũ. ſ. is, q. ſed qa hoc noſtrę fra-

2 gilitati imperſcrutabile eſt. †Nã virtus apparẽs, quando q; apud Deũ virtus nõ eſt. de pœ. diſtin. ij. citius. & vitia ſe ſæpe virtutes eſſe mẽtiuntur, vt. xlj. diſtin. ſæpe. & extra, de hære. excõmunicamus. j. ſ. quia verò non. Ideo dico, q; debet cõfirmari, & examinari, an hęc miſsio ſit ſpiritualis: vt extra, de hęre. cùm ex iniuncto. Si enim martyres aliqua mãdant, quæ in lege ſcripta nõ ſunt, antè eſt vt ſciamus illos à Deo impetraſſe quę poſtulant: & tũc facere quod mandant. l. di. ſi quis præpoſtera. nam ſæpe fiunt

e miracula per malos. [e] j. q. j. teneamus. extra, de reliquijs & veneran. c. vnico. & habens indulgẽtiam examinatur: extra, de tranſla. licet. Et ex quo

3 ſimul omnes canonici vno ſpiritu & vna voce eligunt, † non eſt vis, ſiue dicant eligo, ſiue eligimus. nec erunt plures electiones & ſingulares: imò debet vna & communis cenſeri propter vnanimes voluntates & voces. Vnde non eſt neceſſe q; poſtea detur poteſtas alicui, qui vice omnium

f ipſum eligat. [f] ¶ †Tunc ergo ſic decretum conficietur.

4 ✠FORMA. Almo vel beatiſsimo &c. vt ſ. ſ. j. ī primo decreto. vſq; põtificis tractaturi &c. iũge, nobis igit᷑ omnibus in vnũ locũ & ꝓpoſitũ cõgregatis, vnuſquiſq; diuina inſpiratione repẽtè nulla nominatiõe, nulloq; tractatu alio p̃cedẽte, vt in T. virũ vtiq; plenè &c. vt ſ. ſ. j. in primo decreto. vſque, vnde ſufficit prima commendatio, &c. poſtea iunge, conſenſit. &

a ¶ Aſsignante. Hoc verbū nō poſuerūt aliqui antiqui, vel moderni: vt patet per ea, quæ ſcripſi in c. quia ꝓpter. ver. niſi puto. ergo vnius cōtradictio, etiā ſine expreſsione cauſæ, impediret inſpirationē, ſicut impedit cōpromiſſum. Patet vtrūque in c. quia ꝓpter. ver. illis ſaltē. & ver. ſeq. in fi.

b ¶ Inhabilis es. Supple, & vis ſubleuari.

c ¶ Bonę. in fi. Hāc hodie nō habem⁹, ſed ex ea ſumpta fuit decr. c̄ꝑ c̄ꝑ. e. ti. lib. vj. vt ibi no. in fi. primę gl. per quā patet hoc dictum ꝓcedere ſolùm in cathedralibus. 5

Bal. De electione. Rub.

Peto decem, nō obſtante pacto de nō petēdo: qa nō ſecutum fuit pactū de petēdo, iſte libellus ꝓcedit, in quo nō ſolùm petitio, ſed replicatio inculcatur. Itē poſitio actoris nō ꝓcedit, niſi per eam actori accreſcat ius. vnde q 6 petit alteri⁹ electionē caſſari, petat ſuā cōfirmari: aliàs nō poſsit cōfirmari. in §. ad electionē. in iiij. col. G. Itē nota q ſolùm in caſu negligentiæ deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem. §. fi. G. 7

De tranſlatione. Rub. 8

b ¶ Duas q̄ſtiōes ad 9 materiā vide ſuper regula, qđ ob gratiam. Et eſt prima, c cùm vacat eccleſia, 10 cùm papa trāsfert eius epiſcopū. Secūda eſt, ſi epiſcop⁹ à metropolitanis poſtulat⁹, trāsferr̄ per papam, ignorās & poſsidēs, an valeat electio facta per capitulum ad epiſcopatū. & vide quod dicam in fi.

d ¶ Nec obtēta. Quę 1 dari poterat illi abbati exempto, per legatū de latere. de elec. ſi abbatē. li. vj.

e ¶ Illud. An ecōtra epiſcopū tranſlatū per papā ad aliā eccleſiā, q nō vult cōſentire, poſsit prima eccleſia agere, vt illā dimittat, col lige ex q̄ſtiōe, quā poſui ſup regula, quod ob gratiam. de reg. iu. libr. vj. no. etiā Inn. ī decr. audita. de reſti. ſpo. vt ſcripſi ibi ad fi. n̄. gl. q clerici eccleſię poſſunt impetrare & agere cōtra ꝑlatū, q recipit aliā eccleſiā, vt dimittat primā. Si verò nō recipiť in ſecūda, vide quod no. xxij. diſt. ſi qui. A D D E. An eccleſia trāſlata p papā dicať vacare ante trāſlati ratificatiō nē, ita q papa poſsit de illa eccleſia alteri ꝓuidere, Ro. conſi. cccxlv. & an ſenſit. & cū vna voce ſimul ac vnanimiter omnes & ſinguli in epiſcopum elegerunt: beatitudini igitur veſtræ duximus vnanimiter ſupplicandum, vt electionem ipſam tam miraculosè & tam mirabiliter celebratam dignemini confirmare, &c. vt s̄. §. j. in primo decre. vſque ad ver. ſi autem. vt præ. ca. quia propter. Vel dic vt s̄. §. j. ver. hanc decreti.

¶ †Et nota q vno contradicente & cauſam aſsignante,[a] non dicitur electio inſpirata. Vnde non eſt hic neceſſarius libellus. & quia hic non eſt forma, ſed exceptio à formis. Quidam tamen dicunt q hæc eſt tertia forma. Vnde ſi aliquis extra collegium ſe opponat, ſic poterit libellus formari: L I B. Coram &c. vt s̄. §. j. in primo libel. vſque, commodè intereſſe. iunge, omnibus in eccleſia cōgregatis, ømnes & ſinguli quaſi ſpiritu ſancto ducti, repentè nullo tractatu præeunte in T. virum vtique prouidum, honeſtum, literarum, & de legitimo matrimonio natum vnanimiter conſenſerunt, & confeſtim vna voce ſimul in epiſcopum talis eccleſiæ elegerunt: quare peto, &c. vt s̄. in primo lib. hoc ſaluo, q vbi dicis, canonicè facta: ponas diuino ſpiramine celebrata. extra, e. quia propter.

¶ †Si autem non ſimul conſentiūnt & nominant, ſed ſeparatim aliquibus tractatibus ſeu nominationibus præcedentibus: tunc non per inſpirationem, ſed per quaſi inſpirationem dicitur ꝓlectio fieri. Vnde neceſſe eſt tunc in aliquos compromitti, qui vice omnium illum eligāt. aliàs talis ſingularis electio non valeret: vt extra, eo. in Geneſi. & tunc decretum concipietur, prout s̄. in forma diximus compromiſi.

¶ Ex præmiſsis ergo† colligi poteſt, q licet altera pars vna voce aliquem eligat, non dicitur talis electio inſpirata: quāuis altera pars quæ primò fortè alium elegerat, ſit ipſo iure eligendi poteſtate priuata.

¶ †Si verò eligeris ad officium, ad quod inhabilis es,[b] concipietur libellus, vt j. de cenſi. §. ñ. ver. ſi verò.

¶Consultatiõibus. Vt scripsi in prędicta gl. quia consuetudo.in fi.Non placet hæc subtilitas, cùm etiã ex cõmodo possessionis sit penes aliquem ius eligendi : vnde dico libellũ recipiendum, & siue appareat de possessiõe, siue de proprietate, nec appareat illius possessor, procedet petitio confirmationis vel cassationis.ibi videas. Itẽ scias q̃ hic incipiunt verba Rof.in hoc princ. qui diffusè tractauit hanc materiã confessoriæ & negatorię in duab⁹ rubricis. Ei⁹ autẽ fuerunt libelli & positiões sequẽtes,præter vnũ,qui de materia electionis loquitur.

¶Necessaria. Nec posuit in primo libello. & post illum hoc improbat.

¶Tollat̃. Ista fuit additio vsq; ibi:& no.& tamẽ de verbis Roffre.sumpta, in titulo de negatoria.in pe.col. vbi plenius quàm hic.

a ¶§.cõpetit.Contra hanc opponitur,q̃ sit superflua & inutilis:quia si quis vult seruitute vti meæ rei,sufficeret mihi negare ipsam rẽ meã sibi seruitutem debere. Si igitur hæc verba sapiũt negationẽ,qũo possunt sapere actionem?Rñ.Rof.charta vlt.de cõfessoria.ver.itẽ quærit.cùm à te conuẽtus nego tibi esse ius eundi,vel agẽdi:nil peto,sed solùm me defendo.Sed cùm cõtra te ago,licet illa verba eadẽ priora dicam,quæ nec significationẽ mutant,tamen libertatem vendico, quã etiã cõsequor, vt prohibearis ab vtendo,& quod satisdes,ne illa vtaris: & cõsequor interesse,quantũ s. mea interest,te nõ iuisse.ff.si serui.vẽ. egi. & l.harũ. si vsusfr. pet.l. vsufructuario.§.vlt.ff.de aqua quoti. & æsti.l.pe. Videmus etiam q̃ præiudiciales quæstiones in modum exceptionis opponuntur,& principaliter intentantur, Instit.de act.§. præiudiciales. Hoc patet in rei vẽdicatione,& quæ etiam in modũ exceptionũ opponuntur. ff. de Publi.l.penul.&de inoffi.testa.l. Papinianus.§.si quis filius exhæredatus. Et dicit Roffre. sic præceptorẽ suũ respondisse.Sed subdit, Azonẽ dixisse q̃ etiam si nõ principaliter,sed in modum exceptionis a opponatur, nihilò min9 negatoria intentatur.argu.ff. si fer.vend.sicuti. §.j. in fine. Facit quod no.ſ.de pet.& pos. §.j.ver.sic.illud autẽ certum. cũ sua remiſ. Sed Azo addit,q̃ hoc opus operatur proposita in modum actiõis q̃ sibi cauetur, vt dictum est.Excipiẽti autem satis est,q̃ absoluatur. Ad prędicta optimè facit extra de ord.cogn. cùm dilectus. vers. nos autem.vsq̃ ad finem.

b ¶Sed pone.Quæstio fuit Roffr.ſ.de confessoria.in princip.char.vlti.versicu.sed illud quæritur.

c ¶Respon.secũdùm Roff.Et vide quod dixi §.ñ.ſ.sup interdicto xvñ. Hoc non est de cõfesso. post prin.vlt. char. ver.sed quæritur.

ob'i.si nõ stipulat9.Nec est vni9 initionis cõtinuatio adaliã:vt ff.de serui.seruitutes. Aliud est ĩ reb9 corporalibus,quarũ possessio semp continua dici 29 potest.¶†Sed qualiter probabit de iure suo agens negatoria,cùm factum negãtis nulla sit probatio: vt extra,de elec.bonæ.j.& C.de proba.actor.Rñd. probabit,prout dicitur ff.de iti.actuq̃ priua.l.j.§. ñ. Nam & negatiua quãdo volo altius tollere intẽditur verbis affirmatiuis.Instit.de actio.§.ñ. Sed iste negans ad quid se onerat probatione: cùm is, qui seruitutẽ ad se asserit pertinere, debeat probare.C.de eden.qui accusare.vj.q.vlt.actor.extra, de causa pos.& proprie.cùm ecclesia.Rñ.quia ille,qui sibi asserit seruitutẽ,est in possessione ipsius,sic & aliàs sit:quia distinguitur an sit seruus in possessione libertatis,vel seruitutis ad hoc,vt sciatur cui on9 probandi incũbat:vt ff.de libe.cau.l.igitur.§.põt. & tunc pro possessore præsumitur, vt argu.C.de proba.siue possidetis. & dicitur in præ.l.de itine. actuq̃ pri.l.j.§.ñ.aliàs si agens negatoria sit in possessione libertatis,eo ipso obtinet: cùm præsumat pro ipso,quod res sit libera: nisi aduersarius probet seruitutẽ institutã:vt ff.si ser.vẽdi.sicuti.§. distant.vbi vide,quid vterq̃ habet probare. & facit 30 C.de serui.l.altius.¶†Et nota q̃ hæ actiones dant pro seruitute tã reali q̃ personali.ff.de seruit.l.j. ff. si vsusfru.pe.l.vtifrui.¶Item agens negatoria debet dicere se dominũ,vel quasi. Nam alĩ non competit,nisi domino.ff.si serui.vẽ.l.loci corpus.§.cõpetit.& l.ñ.& in præd.l.vtifrui.¶Itẽ vt hæc actio cõpetat,debet dicere agens, q̃ aduersarius contendit vti iuribus seu seruitute illa,in qua petĩt prohiberi.Insti.de acti.§.j.¶†Item negatoria datur domino prædĩj seu domus contra eum, qui seruitute vult vti pro seruitute depellenda: sicut & cõfessoria pro ea quærẽda:sic ergo libel.conci. L I B. Coram &c.conque.de P. cui cùm nõ sit ius eundi per talem fundũ meũ,peto prohiberi eum, ne amodo tali via vtatur.& ad hoc propono negatoriã. ff.si serui.ven.l.ñ.& l.loci.§.cõpetit[a]. ¶Vel sic.L I B. Coram &c. conqueror,de P. qui iniustè vult vti seruitute viæ per fundũ meũ.vnde ago contra eũ, ne amodo via illa vtatur. & ad hoc &c. ¶Vel sic: L I B. Corã &c.cõque. de P.qui vult vti seruitute viæ per fundũ meũ me inuito, quã seruitutem nõ habet:vnde ipsum vti prohibeo, & prohiberi peto:& ad hoc &c.Vel sic:¶L I B. Coram &c.conqueror de P.dicens eũ non habere ius vtendi fruẽdi vel eundi per fundũ meum,vel habitandi in domo mea:vnde prohibeo ipsum, ne vtatur fruatur, vel eat p fundũ meũ,vel habitet in domo mea: & prohiberi peto,& ad hoc &c. vt præ.l.vtifrui. rñ. j.Vel sic libellus concipitur:L I B. Corã &c.conqueror de P.negans eũ habere seruitutẽ viæ in tali fundo meo:vnde ago cõtra eũ negatoria. Vel sic: L I B.Corã &c.conqueror de P.dicens nõ esse sibi ius immittere tigna, vel immissa habere in parietẽ meũ,vel immittere fumũ in domũ meã. Vel nõ est sibi ius stillicidia sua in area vel in domum meã cadere. Vnde peto ne prædicta faciat. & ad hoc,&c.ff.si ser.ven.sicuti.§.Aristo.& l.egi.§.fistulas. Addunt quidã,& de nõ immittendo,vel faciẽdo in futurũ caueri peto per officiũ iudicis. Actor ergo sic ponet: ¶† PO.A C. Pono q̃ vteris tali 32 seruitute:puta viæ itineris in tali prædio meo. Instit.de act.§.ñ.versi.econtra quoq̃.Itẽ q̃ prędium, in quo vis vti seruitute,est meũ propriũ.ff. si serui. vend.loci.§.competit.ff.si vsusfru.peta.vti frui.§. j. Item q̃ nunc solummodo vis vti tali seruitute. ¶Reus verò sic: PO.RE I. Pono q̃ prædium,in quo volo vti seruitute, est T. Item q̃ seruitutem institui sti pactionibus & stipulationibus.ff. si ser. vendi.loci.§.competit. Item q̃ decennio cõtinuè habui meũ stillicidium,vel lumen,foramen. Item

d ¶Respond.secundùm Roffre.vbi de negatoria.in vlti.colum.versic. vlti. quæritur.

e ¶Respon.secundùm Rof.de negatoria.in fine.

Bal. De causa possessionis & proprietatis. *Rubrica.*

q̃ ego cum antecessoribus hac via sumus vsi tanto
33 tempore,q̃ non extat memoria. ¶†Sed pone[b],ha
b buisti fortè aream per xxx. annos iuxta palatium meũ:nunc vis ibi ædificare:sed ego prohibeo ne altius ædifices:quæritˢ quid iuris. Et videtur q̃ possum.Primò,quia videtur mihi acquisita seruitus altius non tollendi.ff.de serui.vrb.prædio.l.j.Secundò, quia volens ædificare debet seruare formã & statum antiquorũ ædificiorũ.ff.eo.qui luminibus. Rñ.Author exponit formã ac statũ,id est, formalem statum,qui seruitus est: sed si per mille annos haberes areã sic depressam,posses postea alti9 ædificare,nec te possum ꝓhibere.C.de serui.& aqua. l.altius.nisi acquisierim seruitutẽ in area: puta faciendo protectũ super eam,vel aliud simile,per qđ manifestè appareat me velle acquirere seruitutem: & sic per longũ & continuum tempus habuerim:
34 vt eo.ti.l.j.ff.de vsufcapio.sequitur.§.fin. ¶†Item quæritur:habeo domum ex vna parte viæ publicæ:& tu ex altera cõcedis mihi vt possim pontem facere. Vel etiã ego ipse habeo domum ex vtraq̃
c parte,nunquid potero pontẽ facere?Respõ.c in primo casu non.ff.de serui.l.fin.nec etiam in secundo sine licentia Principis: quia solũ publicum debet esse liberum vsq̃ ad cœlum.arg. ad hoc ff.ne quid in loco publico.l.ñ.§.si qs à principe. & §. tractatum est.& ff.de flumi.l.fi. ¶†Sed nunquid iudex
35 condemnabit vel absoluet in confessoria & negatoria,sicut & in alĩs realibus & personalibus? Respon.[d] in confessoria sic dices:
d ✠FORMA. Condemno P. vt permittat T. vtifrui,vel ire agere per fundum suum: vel quod reficiat parietem,vt possit onera ferre: & q̃ caueat q̃ eum in futurum non impediat, neq̃ per se,neque per hæredes suos, quò minus ipse T. vti possit & frui vel ire:& quòd ipse P.parietem reficiat in futurũ[e],& quòd sibi præstet decẽ pro interesse suo: quia tanti interest ipsius T.illa non fuisse prohibitum vti seruitute. In negatoria verò sic:Condemno P.vt non vtatur fruatur fundo T. vel ne vadat per fundum eius, vel ne onus in parietẽ ipsius imponat:& q̃ caueat, q̃ eum non impediat in futurum vtendo fruendo,vel eundo, vel onus in parietem eius imponendo:& quòd sibi præstet decẽ nomine interesse:quia tanti interfuit ipsius T.dictum P.nõ fuisse vsum vel fruitũ,vel non iuisse p fundum suum. Quòd aliquis condẽnandus sit in tribus tam in cõfessoria,quàm in negatoria, habet si ser.ven.harũ.& l.egi.& l.loci corpus.§.confessoria.& ff.si vsusfr.pet.l.fructuario.§.fi. & hoc in cõdemnando. Cæterùm si velit absoluere,dicet sicut
36 in alĩs,talem à petitione talis absoluo. ¶†Quòd autem dictum est de cautione, intellige de nuda promissione:vt C.de verbo.signi.scimus.Et dicit Azo q̃ omnes hæ cautiones simul præstabuntur. argu.ff.de vsufru.quemadmodum caueat.l.j. ff. de iudi.in omnibus.Quid si condẽnatus modo prædicto nõ vult aliquid facere:vel vult facere primũ,
e sed non secũdm?Rñd.[e] si nil facere vult,nec appellauit,iudex condẽnabit eũ quanti actor in litem iurauerit:vt in præ.l.harum.in fi.In secũdo verò casu compelleretur captis pignoribus ad cautionem iudicis officio interponendam. Insti.de satisd.tut. §.sciendum. ¶Qualiter autem cõcipiatur libellus in vniuersalibus,vel generalibus,vel specialib9,vel communibus iudicĩs:dixi ſ.in tit.de iudic.

f De restitutione spoliatorum.[f] *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Spoliatus rebus corporalibus, qualiter debeat libellum concipere.

2 Mulier petens sibi virum restitui, & contra,qualiter

Libellus

in quolibet possessorio, & in quolibet interdicto secũdùm naturam interdicti, formatur in hoc titulo q̃ G. & siue agatur pro rebus corporalib9 siue incorporalib9, vt iurisdictione,homagio, & similib9. G. ¶Forma libelli pro mutuo. forma libelli in rei vendicatione Publiciana in hoc tit. & seq.p G. vide ſ. de libel. concep. §. in reali. Forma libelli ꝓ iurisdictione ibidem simul cum istis docet formam ponendi hinc inde.G.Forma libelli in cõfessoria & negatoria pro seruitute vel quasi, titu.de cõfessoria & negatoria. ¶Qui agit ex consuetudine, videtur intentare petitoriũ & possessorium simul.Nam cõsuetudo includit præscriptionẽ secũdm Holt. titu.de confes.G. ¶An possum prohibere alicui,quod nunc̃ ędificauit in suo,nec ædificet.ti. de negat.versic.sed pone habuisti.G. ¶An liceat facere põtem super viam publicam ex permissione vicini:vel quia hinc inde domus ædificãtis sit? Rñd. non:quia solum publicum debet esse liberũ vsq̃ ad cœlũ.co.tit.ver. item quia habeo.

f De restitutione spoliatorum. Rubrica.

¶Ad materiam vide Summistas Canonistas hic, & legistas super interdicto,vnde vi. Tã. parte ñ. vbi de interdicto,recuperandę.Ad rubricã facit venerealis xxxix. de monacho spoliato cappa, quam vide ſ.de actore.§.j

ver. sed quid si spoliatus. De spoliato beneficio suo, qui restitutionem petit, an habeat necesse iustificare possessionem per titulum: vide quod scripsi in cle. de causa poss. c. vno. in vlti. glo. Et pro nunc breuiter dico, q̃ aut constat petentem restitutionem beneficij ius non habere: & tunc procedat quod scripsi de filijs presby. constitutus. super glo. ij. Et hoc intelligo quando id constat ex vno iure, vel capite ad id sufficienti, vbi aliud non appareat. Declaro. cõ stat illũ cõfessione vel aliter illegitimũ: sed posset dispensationem habere. probet illam: aliꝰ nõ restituetur. Ad idem decre. ad decimas. eo. titu. lib. vj. vbi per cõfessionẽ petentis restitutionem decimarũ, cõstabat decimas illas esse in parochia reorum. & sic ius commune contra agentes. Non restituetur etiam nisi probet ius priuatũ per præscriptionẽ, priuilegiũ rem iudicatã, vel his similia. Et omnino vide quod ibi scripsi in fi. sic in decr. significasti. de diuor. notoria fornicatio vxoris priuat eã beneficio restitutionis: & tñ ex cõpensatione delicti ipsius mariti obtinebit quod petit. Et licet p̃dicta fortius procedant, qñ apparet prima facie petẽtẽ ius nõ habere, & reum in re ius habere: vt in p̃dicta decre. ad decimas. tñ & satis est ius facere cõtra agẽtem: licet nõ iustificet ius possidentis a vt in præ. decre. cõstitutus. Bene ergo dixit l. j. ff de inter. §. quædã. q̃ quædã sunt interdicta, quę ꝓprietatis causam continent: vt in sacris & religiosis verificet: Igitur hoc in matrimonio carnali & spirituali.

1 liter libellum concipiet.
3 Libellus qualiter sit contra nõ admittentẽ venientem ad possessionem propriam concipiendus.
4 Emptor non admissus ad possessionem emptam, qualiter agere debeat.
5 Colono ex hæreditare expulso, qualiter debeat dominus libellum formare.
6 Familia alicuius dominum ab hæreditate expellente, qualiter fit agendum.
7 Iurisdictionem recuperare volens, quo interdicto vti debeat.
8 Pretium rei & possessionis differunt.
9 Restitutionẽ poss. petẽs, quibus verbis vti debeat.
10 Positiones actoris & rei vbi agitur de restituenda possessione.
11 Remedia spoliatis à iure concessa sunt octo.
12 Iudicis officium est remedium spoliatis à iure concessum.
13 Condictio ex canone, redintegrãda est remedium spoliatis à iure concessum.
14 Auxilium constitutionis. C. vnde vi. si quis in tantam. & canonis, placuit. xvj. q. vj. quo casu locum habere dicatur. & nu. 15.
16 E dictum diui Marci est remedium spoliatis à iure concessum.
17 Agens edicto diui Marci in causa spoliatiõis qualiter debeat libellum formare.
18 Constitutio, inuasor, quo casu, & contra quem locum habeat.
19 Constitutio C. vnde vi. potest esse remedium spoliatis à iure concessum.
20 Auxilia spoliatis à iure concessa prætermittens, an possit ad alia recursum habere.
21 Interdictum, quod vi aut clam, cui, & quo casu competere dicatur: & qualis in eo possit libellus formari. & nu. 22.
23 Interdictum an habere possit locum pro eo, quod fit in re mobili.
24 Verba illa, possideo à te vi: qualiter sint ītelligẽda.

NOta quòd spoliatur quis, Quandoque rebus corporalibus. Quandoque incorporalibus. Et quandoque simul vtrag̃. De quorũ singulis per ordinem prosequamur. ¶ †Spoliatus[a] reb⁹ corporalibus sic libel. concipiat. L I B. Corã &c. conqueror de P. qui me possessione talis ecclesiæ, vel vineæ in tali loco sitæ, cuius confines &c. quam tenebam & possidebam violenter & temere spoliauit, vel me de possessione eius deiecit, vel me spoliari mandauit, vel spoliationem seu deiectionẽ suo nomine factam ratam habuit, seu eiusdem possessio ad eum temere & iniustè peruenit: quã ecclesiam vel vineã dictus P. occupatam detinet in meũ præiudiciũ & grauamẽ, propter quod grauia dãna pertuli: & expẽsas vsq̃ ad centũ lib. feci. quare peto possessionẽ dictæ ecclesiæ vel vineæ & iurium & pertinentiarum ipsius vel quasi, fructus quoq̃ & prouẽtus & obuẽtiones à tali tẽpore perceptos, & qui percipi potuerunt, quos æstimo quinquaginta, & percipiendos, vel eorũ æstimationem mihi restitui, vel mihi eam reddi: & eum ad prædicta omnia, & ad quantitatẽ præfatam nomine damnorum & expẽsarum mihi sentẽtialiter condẽnari, & insuper legaliter seu canonicè ipsum pro iniuria puniri. peto etiam expẽsas factas, & protestor de faciẽdis, quas tempore debito declarabo: saluo mihilò minus iure addendi, &c. extra, eo. cõquerẽte. & c. grauis. & c. cùm ad sedẽ. & c. sæpe. ¶ Si aũt agatur cõtra prælatum, dicetur in libello: L I B. Ago cõtra P. prælatum meũ, qui me sine iudicio tali ecclesia spoliauit. vnde &c. extra, eod. cõquerente. ij. q. j. notum. ¶ Mulier verò petens virum sibi restitui, & econtra, sic libellum concipiet: vt j. desponsa. §. porrò.

2 ¶ †Porrò[b], si te possidẽte domum vel fundum vel
b aliam rem immobilẽ, aliquis te de possessione expulit: ad eam recuperandam datur tibi interdictũ vnde vi, per quod fit restitutio possessionis & oĩs damni. ff. de vi & vi arma. l. j. in princi. & §. j. extra, de restit. spol. cùm ad sedẽ. & de proba. licet. ¶ Sic ergo cõcipiet lib. L I B. Corã vobis &c. cõque. de P. qui me expulit de possessione fundi talis, cuius fines, &c. quẽ fundum possidebam: vnde ago contra eum, vt mihi restituat possessionẽ fundi prædicti: & omnem causam damni dati. & ad hoc propono interdictum vnde vi, vel actionẽ in factum subrogatam in locũ eius. ff. e. l. j. §. hoc interdictũ.
3 & §. siue autẽ corpore. extra, eod. itẽ cùm qs. ¶ †Si verò veniens non admitttitur sic cõcipiet libellus: L I B. Corã &c. cõque. de P. qui possessionẽ talis fundi, quẽ ego possidebam, intrauit, & ad dictum fundũ me venientẽ non admisit. vnde ago contra eũ, q̃ restituat, &c. vt ff. de acquir. pos. clam possidere. §. qui ad nũdinas. ¶ Si verò suspicat se posse repelli, cõcipiet sic: L I B. Coram &c. cõque. de P. qui possessionẽ talis fundi, quem possidebam, intrauit: ego verò propter eius potẽtiam suspicatus sum vel fui ab eo me posse repelli: vnde ago cõtra eum, vt mihi restituat, &c. vt ś. vt in pre. l. clàm possidere. in fi. & l. seq. & l. si id, quod. §. fi. & l. colon⁹.
4 & l. cùm fundus. ¶ †Si autẽ tu nõ fuisti eiect⁹, sed emptor, vel colonus nõ admittit eum, cui vendideras vel locaueras, sic cõcip. libel. L I B. Corã &c. cõque. de P. colono meo, qui T. cui fundum meũ talẽ vendideram vel locaueram, & iusseram ipsum emptorẽ seu locatorẽ apprehendere possessionem illius fundi, ipsum T. volentẽ intrare non permisit: vnde quia me possessione priuauit, ago contra eũ, vt mihi restituat, &c. vt ś. ff. e. colonus. &. l. cùm
5 fundus. ¶ †Quòd si nõ fuisti expulsus, sed colonus tuus, sic cõcipie. libel. L I B. Coram &c. cõqueror de P. qui colonos meos tales, qui erãt in possess. talis fundi mei expulit violenter de fundo illo: vnde

aliquid fecit vt canonicus, intendẽs, sibi quærere canonicatus possessionẽ. Et dicit sibi hoc plus placere, q̃ qđ notauit in decre. in literis. qđ ś. exp̃si ver. aliꝰ videt. Media opinio, vt prædixi, mihi placet in quantũ ad affirmatiuã ponit quo ad oẽ bñficiũ quo ad canonicat⁹ & act⁹ collegiales satis videt iustificare possessionẽ patiẽtia canonicorũ admittẽtium istum ad tales actus: & sic quale suffragiũ, quod habeat possessor sibi sufficiat in modũ violẽti. & sic procedat vltimũ dictum Inn. An autẽ suffragetur possessioni probare illum sic habitum & reputatum, scripsi ś. de teste. §. nũc videndũ. in materia articulorũ. de quo ibi scripsi in vers. multum etiã habẽt quod facit ad propositũ cũ iurib⁹ ibi alleg. qđ aliàs tacui nũc ꝓpalo: quia dũ scribe rem in decret. in literis. eo. ti. gl. illam prolixã & insolutã Inn. & Host. cõcepi cõiũgere articulos: quicquid ibidẽ circa vnũ articulũ dicit, ĩ prin. medio & in fi. vniẽdo: & sic de secũdo & de tertio & vlterioribus. Sed cũ inchoasem, mutaui propositum propter tria. Primũ, qa lõga glosa mihi fiebat longior clarificando. Secũdò, quia verba ipsorũ & Inn. præcipuè nõ poterã retinere mutãdo. Tertiò, qa timui causidicos offendere: qa multũ practicãt illã gl. Feci aũt nũc illi⁹ diuisionẽ per literas scđm capitula bibliothecæ, ſ. in partes septẽ ꝑ literas totidẽ, & sic allegabo deinceps vt ś. feci. Scđa aũt pars ibi: electio aũt à violẽto. ibi litera B. & ibi gñaliter & scđm Inno. litera E. vbi aũt est ver. si tamẽ talis litera. S. & in versi. nec obst. ff. de vsufr. litera G. vtilis erit hæc diuisio, & satis æquè sunt partes.

ADDE, q̃ spoliat⁹ de bñficio petẽs resti. debeat iustificare pos. pti. tenet Ol. cõs. j. & habẽs possessionẽ clãdestinã põt excipe de dñio, ẽt scđm ipm.

ADDE vlterius, q̃ sufficit aliqualis præsumptio pro restitutione beneficij obtinẽda. Io. an. in c. ex parte. extra, eo. ti. & Lap. alleg. xxx. in iij. col. ver. vlti. & vide Rot. in anti. dec. lxv. vbi dicit petentẽ restitutionẽ huiusmodi debere probare se obtinuisse ab eo, qui conferre poterat.

a ¶ Spoliatus. lib. conci. Qui plenior est, cũ̃ posuerit Tan. vbi ś.

b ¶ Porrò. Hic incipit tractatus Ros. interdicti vnde vi. in quo ponit octo necessaria, quæ patebunt ex positionibus ś. & eius fuit quasi ad literam totum, quod hic sequitur, vsq̃ ad ver. prædicti libelli.

Vbi autẽ non sic apparet iniustitia petentis restitutionẽ beneficij, non dico q̃ habeat probare proprietatẽ vel titulum, sed dico q̃ habet iustificare possessionẽ. In hoc autẽ versatur dubium, in quo consistat ista iustificatio. Optima ẽm esset iustificatio, probatio tituli primo aspectu legitimi: nec in possessorio veniat omne, quod requirit petitorium. Vnde in carnali matrimonio satis est q̃ petens restitutionẽ probet matrimoniũ legitimũ ex cõsensu. eo. tit. ex parte. Quod dic vt eo. tit. literas. Alijs videt, & mihi placet q̃ satis sit ei ꝓbare se authoritate ordinarij in possessionẽ inductũ: vt tali possessione priuat⁹ priuilegio restitutorio potiat. Et hoc dicit Inn. necessariũ, ita q̃ aliter nõ restituet. Ad quod vide in c. in literis. ĩ gl. mag. ĩ prin. cũ suis remiss. Plus dico, vt scripsi post ipsum Inn. eo. ti. ex pte. in gl. quasi dicat in vlti. col. ver. sec⁹ autẽ. & ver. vel dic, & forte meli⁹ &c. ibi vide. In primo ẽm ver. dixit q̃ satis erat isti agẽti restitutorio probare ad iustificandam possessionẽ et restitutionẽ habendã, q̃ fuit in possessione canonicat⁹ & beneficij, exercendo, ſ. illos actus, qui solũ canonicis & talibus beneficiatis cõpetunt. De canonicalib⁹ exẽplificat, sicut est eligere, cõmunibus

a ¶Secundùm Roff.hoc tit.v.col.ver.vnum tamen.vbi continuatur, quod hic sequitur,& consilium,de quo hic fuit remissio.
b ¶Cùm quidam.Vide j.versi.v.
c ¶Vi possidebat.Hoc verbum exponitur in fi.huius §.
d ¶Decret.Vide quod not.j.§.vlti.in fi.
e ¶Si quis in tantã. Hoc reperit Rof. dicẽs q quidã imperitus aduocatus 6 sic proponebat.
f ¶Condẽnari.Rof. vbi de hac lege dicit,nõ male addi,& illud domiciliũ per vos mihi, domine iudex , adiudicari 7 peto.
g ¶Et immobilis. Idẽ ibi dicit Accur. in iñ.gl.& in j.q.ñ. partis, fatet tñ illã maximè ꝓpter immobilia inuẽtã fuisse.Insti.vi bo. rap. §.vlt.vñ dicit Rof. l.illã inductã in supplemẽtum interdicti vñ vi, qđ nõ datur pro mobilib⁹.ff. de vi & vi ar. l.ñ. §. si quis de naue. Est sciẽdũ, qđ Accur. per hanc legẽ formatxxxiij.q.principales,ex quib⁹ & aliæ decidunt. Vbi aũt multitudinem scriptorũ circa illas alleg.Vinc.& aliorũ. Quando autem 8 ageres,quẽstionem ibi tertio formatã de pupillo & adulto an incidant, & an casu quo ĩcidũt restituantur: plenè a tractat Rof.ferè ad 9 duas colum.& ibi etiã Cy.demũ Rof. tractat de quæstio. ibi. Prĩa,an fœmina incidat.& tenet b cũ glossa ꝙ sic. & satis instat.prolixè 10 etiã prosequit vj. q. de furioso super eo,qđ deseruit tractatui.ñ.q.partis ñ. vide Cyn.plene.de pen.q. qua ibi tractatur de eo q occupat eũ,quẽ dicit seruũ suũ,q est in possessione libertatis. Guid. de Suza.tenet locũ esse legi, & eius pœnæ,dicẽs illum occupatũ sic formare suã petitionẽ,ago contra talẽ, q me spoliauit possessione libertatis, vt hic in dicta possessiõe restituat: & si in mei dominio aliquod ius habet, illud amittat. Item circa iñ.q. ñ. partis Roffre. satis instat, quærẽs de colono, inquilino,vel scholari,qui cõduxit hospitiũ cõmodatario , depositario,de tenente precario,de sequestro, de misso in possessionẽ causa rei seruandæ: cùm isti nõ possideãt,an illius legis beneficiũ habeat, probãt ordinatè ꝙ nõ possidẽt.ff.de vsucap.nõ solùm.§.quod vulgo.ff.loca. cùm in plures.§. messem.ff.cõmo.l.rei.& depositi.licet.§.rei.de precario tenente & sequestro, idẽ: nisi id sit actum. ff.de preca. & habet §. eũ, qui. & de acquir. pos.l. interesse. & eo. tit. possideri.§.fin.Patet idẽ de misso, ꝙ quod eis nõ cõpeteret beneficiũ.Quærit igit quõ eis ꝓuidebit. De vltimo rñdet, quod ex edicto ne vis fiat ei , q in poss. Alĩs verò officiũ iudicis.C.li. xj.in quib.cau.coloni censi.l.j. vel p actionẽ in factũ.ff. de præscrip.verb.l. quoties . Colonos autẽ & inquilinos dicit habere remedium agendi cõtra dñm actiõe ex cõducto . & dñs ꝙ id aget cõtra violẽtos & recuperata possessiõe ipsi postea detinebũt vt prius: vtĩ præ.§.messem, ff.ad leg. Rhod. de iac.l.ñ.§.j. Hoc remedium non valet commodatario & depositario, quib⁹ dñs nõ tenerẽt reddere rẽ:nisi ad certum vsum factum fuisset cõmodatũ, vel depositũ gratia depositarij . extra, de commo. c. vno. Hæc autem procedunt, cùm violẽtia facta est ab extraneo:licet quidã dicant illos habere vtilem. C.li.vj. de agrico.& cẽsi.l.si coloni. Si aũt locator vim intulit,agũt ex cõducto, per quod vel interesse consequunt, vel interesse recuperãt.ff. loca.l. ex conducto.

ADDE ꝙ nec pœnã dictæ legis euitat , qui præcepto iniusto Iudicis possessionẽ alteri⁹ ingredit,scd̃m Bar. quẽ cõiter sequunt doct.in l.iustè possidet.ff.de acq. pos. & Pet.de Anchar. consi.cxxxvj.in fi.

¶Sextũ.Quicquid est in isto ver. ad literam fuit Rof.vbi de hoc edicto tractat.

¶Secundùm Roff.hoc tit.v.col.ver.vnum tamen.vbi continuatur, quod hic sequitur,& consilium,de quo hic fuit remissio.

¶Cùm quidam.Vide j.versi.v.

¶Vi possidebat.Hoc verbum exponitur in fi.huius §.

¶Decret.Vide quod not.j.§.vlti.in fi.

¶Si quis in tantã. Hoc reperit Rof. dicẽs q quidã imperitus aduocatus sic proponebat.

¶Condẽnari.Rof. vbi de hac lege dicit,nõ male addi,& illud domiciliũ per vos mihi, domine iudex , adiudicari peto.

¶Et immobilis. Idẽ ibi dicit Accur. in iñ.gl.& in j.q.ñ. partis, fatet tñ illã maximè ꝓpter immobilia inuẽtã fuisse.Insti.vi bo. rap. §.vlt.vñ dicit Rof. l.illã inductã in supplemẽtum interdicti vñ vi, qđ nõ datur pro mobilib⁹.ff. de vi & vi ar. l.ñ. §. si quis de naue. Est sciẽdũ, qđ Accur. per hanc legẽ formatxxxiij.q.principales,ex quib⁹ & aliæ decidunt. Vbi aũt multitudinem scriptorũ circa illas alleg.Vinc.& aliorũ. Quando autem ageres,quẽstionem ibi tertio formatã de pupillo & adulto an incidant, & an casu quo ĩcidũt restituantur: plenè tractat Rof.ferè ad duas colum.& ibi etiã Cy.demũ Rof. tractat de quæstio. ibi. Prĩa,an fœmina incidat.& tenet cũ glossa ꝙ sic. & satis instat.prolixè etiã prosequit vj. q. de furioso super eo,qđ deseruit tractatui.ñ.q.partis ñ. vide Cyn.plene.de pen.q. qua ibi tractatur de eo q occupat eũ,quẽ dicit seruũ suũ,q est in possessione libertatis. Guid. de Suza.tenet locũ esse legi, & eius pœnæ,dicẽs illum occupatũ sic formare suã petitionẽ,ago contra talẽ, q me spoliauit possessione libertatis, vt hic in dicta possessiõe restituat: & si in mei dominio aliquod ius habet, illud amittat. Item circa iñ.q. ñ. partis Roffre. satis instat, quærẽs de colono, ago contra eum,ꝙ mihi restituat: vt ſ.in lib.præ. & ff.e.l.j.§.j.& §.quoties.& §.siue aũt.& §.rectissimè.& §.pen.& l.cùm fundus.& l.colonus.¶†Si verò tu me nõ expulisti,sed tua familia,vel aliquis tuo nomine,vel te ratum habente,cõci.fic. LIB. Corã &c.cõque.de P.cuius familia vel T. suo nomine me expulit de possessione talis fundi, quem possidebam:quam expulsionem ratam habuit,vel fundus ille ad eum peruenit.vnde peto ꝙ mihi restituat,vt ſ.extra,de resti.spo.cùm ad sedem.¶†Si verò sit vsufructuarius,vel superficiarius,vel similis:puta feudatarius,emphyteuta & huiusmodi:cõcipietur sic libel.LIB. Coram &c. conqueror de P.qui me de possessione talis fundi expulit, quem fundum vsufructuarius seu superficiarius,seu emphyteuta,seu vasallus possidebat:vnde peto quòd mihi restituat,&c.ff.eod.idemꝙ.§.vnde vi.¶Pro iurisdictione verò recuperanda competit vtile interdictum vnde vi:in quo concipit libel.vt ſ.titu. proxi.§.in retinendæ.versi.porrò.¶Et no.ꝙ quidam iudices errant in sententijs,dicentes sic:

✠FORMA. Ego talis iudex cognitor litis & controuersiæ,quæ est inter T.& talem, ipsum T. ad restitutionem fundi condemno.Malè enim dicunt,& stulti sunt:sicut ille iudex,de quo habetur C.de fideicom.liber.l.fi.Verũtamen talis sententia sustineri posset,si in libello fuerit dictũ:ago ad restitutionẽ possessionis fundi.& iudex dixit, restituas fundum.Videtur enim condẽnasse secundùm petitionem:vt C.de sen.quæ sine certa quan. profer.l.pe.& fi.extra,de simo.licet Heli.Sic ergo dicat, si tamen ad restitutionem possessionis agatur,condẽno T.ad restitutionem possessiõis talis fundi.cuius fines, &c.† Aliud est enim pretiũ rei, & aliud possessionis.ff.vti pos.si duo. Si autẽ voluerit condemnare ad pœnam,ita dicat: ego condemno T.ad restitutionẽ talis fundi: & quod soluat æstimationẽ ipsius fundi:puta viginti, vel dominium,quod ibi habet, vel ius amittat, secũdùm Rof.[a] ¶†Item quidã dicunt sic in libello,peto restitutionẽ possessionis talis fundi:& propono cõstitutionẽ, si quis in tantã. Nũquid ergo reus tũc erit in pœnam constitutionis cõdemnandus? Rñ. non, cùm pœnæ sint potius molliendæ.ff. de pœ. l.pe.de pœ distin.j.pœnæ.ff.de lib.& posthu.cùm quidam[b].Itẽ circa interdictũ & ipsam cõstitutionem, vide consilium sapientum,ſ.de pe. & pos.in fi.¶Actor ergo sic ponet:† PO.AC.Pono ꝙ talem terram,vel domũ possidebam.ff.e.l.j.§.hoc interdictum.& §.si quis de naue.Instit.de interdic. Item ꝙ me de illa possessione expulisti. extra, eo. itẽ cùm quis. Quod si negauerit, procede vlterius sic: Itẽ quod die tali possidebã. Item illa die mihi violentiã intulisti,& me possessione priuasti: vt in præ.§.hoc interdictũ. & in præ.decr.itẽ cùm quis. Item ꝙ de illa domo colonũ meum vel inquilinũ eiecisti.ff.eo.l.j.§.dejcitur.Item ꝙ T.tuo nomine me spoliauit. Item ꝙ habuisti ratam illã spoliationem.ff.eo.l.j.§.quoties.extra,e.cùm ad sedẽ. Item ꝙ talis & talis de tua familia me spoliauerunt, vel de possessione expulerunt. Itẽ ꝙ res illa ad te peruenit.Item ꝙ illum detines.ff.e.l.j.§.ait prætor. & in præ.decre.cùm ad sedem.¶Reus verò sic.PO. REI.Pono ꝙ fundum vel domũ,qua te dicis expoliatum,possidebat H.in solidum.Hoc confessato,reus absoluetur:quia duo nõ possunt eãdẽ rem simul in solidũ possidere.ff.de acquir.posses. possideri.§.econtrario.extra,de proba.licet.ver.ex premissis.Item ꝙ iam est annus,ꝙ illum tali tradidisti.Si hoc cõfiteatur,reus absoluetur, quia amodo non possidetur . Item ꝙ adhuc in illo fundo sunt tui coloni & pro te. Item ꝙ P. tantùm tibi violentiam intulit:ergo nõ ego. Sed hæc est implicita negatiua.extra,de causa posses.cùm ecclesia. Item ꝙ tu primò de pos.illius fundi, me expuleras. Itẽ ꝙ incontinenti ab illa possessione te deieci . hoc cõcesso,non tenetur reus:quia nõ intelligit violentiã inferre:sed possessionẽ suã recuperare.iñ. q.j.c. Deus.§.patet.quia vim vi repellere licet . ff.e.l.j.§. vim vi.extra de sentẽ.excom.dilecto. lib. vj.& de homi. significi.Secus autẽ esset,si ex interuallo repulerit expulsorẽ. Nam tunc repulso cõpetit interdictum.ff.eo.l.j.§.quia à me vi possidebat.[c] Item ꝙ die, qua tibi dicis illatã fuisse violentiã, H. erat in possessione ipsius fundi, & fuit per totã diẽ. Hoc cõcesso,reus absoluet:quia ad hoc, vt cõpetat hoc interdictũ,debet actor probare se possedisse tẽpore deiectionis.extra,eo.c.item cùm quis.ff.e.l.j.§. hoc interdictum . ¶Prædicti libelli locũ habent, cùm agit interdicto vnde vi.¶†Sed vt in hac materia clarum tradamus doctrinã,nota ꝙ octo sunt remedia spoliatis à iure cõcessa. Primũ est interdictum vnde vi:de quo præmissum est. in cuius locum succedit actio in factum.Insti.de interdict.§. fi.Et tunc sic libel.cõcip.LIB.Corã &c.conque. de P. qui me spoliauit seu deiecit, vel destituit tali re: vel mandauit seu ratum habuit,&c. vt ſ. In his enim casibus locum habet prædictũ interdictum: vt extra,de resti.spol.cùm ad sedẽ.¶†Scd̃m est iudicis officiũ in quo sic libel.cõci. LIB.Corã &c. propono contra P.cui legata est talis res violenta, quàm testator per violentiã possedit, & vitiosè habuit : quare peto per vos,dñe iudex,rẽ ipsam mihi restitui:& ad hoc vestrũ officium propono.extra, de iudi.quia V.& de app.bonæ memoriæ. ¶Tertiũ est cõdictio ex decre.extra,de rest.spo.sæpe. in quo sic lib.cõcip. LIB.Corã &c.cõ.de P.qui talẽ rem detinet,quã sciẽter à tali violẽto recepit,& me ipsi⁹ rei possessione destituit.quare peto,&c. vt in præ.decre.[d] ¶†Quartũ est cõdictio ex canone illo.iñ.q.j.redintegrãda.in quo lib.sic. cõcip. LIB. Corã &c.cõque. de P. q me tali tpe tali beneficio spoliauit,seu destituit : qđ bñficiũ ipse talis contra iustitiã detinet:quare peto bñficiũ ipsum mihi restitui,&c.Et hic oportet me ꝓbare possessionẽ & deiectionẽ.extra,de offi.dele.cõsultatiõib⁹.& not. qđ prædic.canõ gñalis est ,& dat cõtra oẽs possessores: vt ibi dicit.& no.in præ.c.cũ ad sedẽ. & c.sæpe. ¶†Quintũ est auxilium cõstitutionis.C.vnde vi.si quis in tantã.& illius canonis. xvj.q. vj. placuit.quod locũ habet,cùm quis violẽter possessionẽ rei mobilis vel immobilis occupat, vel inuadit. In qua sic cõcip.libel.LIB.Corã &c.cõque.de P. qui me de possessione talis fundi,vel rei violenter expulit,cui⁹ fines &c. vnde ago cõtra eũ , ꝙ restituat mihi possess.fundi prędicti,vel rei cũ omni causa dãni dati.& ad hoc ꝓpono cõstit. si quis in tãtam[e].vel cõdic.ex l.si quis in tantã. ¶Si autẽ velis agere vt puniat,iunge post verbũ,dãni dati &c.et eũ pœna dictæ cõstitutionis puniri. Alĩ verò magis exprimunt,& bene,ſ.sic : vnde ago contra eũ, vt mihi restituat possessionem prædicti fundi , & æstimationẽ ip si⁹ fundi,vel rei mihi soluat.& hoc si nõ est dñs:vel si non habet ius in re.† Si verò est dñs, vel habet ius in re,dicat : vnde ago cõtra eũ ꝙ cadat à dñio vel iure,quod habet:& ad hoc eũ peto sentẽtialiter condẽnari[f]. iñ.q.iñ. c.fi. in fi.xvj.q. vj.placuit.& Insti.vi bono.rap.expone hoc vt j.§. proxi. ¶Sed scd̃m P. fructus peti nõ possunt per hanc cõstitutionẽ,sed per interdictũ sic. Itẽ scd̃m eũ nõ cõpetit propossessiõe rei immobilis recuperanda. & scd̃m hoc præcedẽs libellus stare nõ põt. Sed dic cõtra.cũ em cõstitutio cõtineat restitutionẽ,totũ damnũ & fructus,& ipsa possessio subverbo restitutionis cõprehẽdatur,& per eũ peti possit. ff.de vsur.videamus.§.iñ.& ff.de ver.sig.restituere. & l.fi. Item etiam cõpetit pro restitutiõe rei mobilis & immobilis[g].¶†Sextũ[h] est edictũ diui Marci.quod

a ¶ff.ad l.Iul.de vi pri.creditores.Huiꝰ edicti ratio legibꝰ illis exprimit & C.de Iudeis.nullꝰ.& æquitas suasit illũ puniri,ĩ quo peccauit,secũdũ Rof.

b ¶Puniri.Libellꝰ iste,in quo oẽs cõcordãt,ostẽdit,ꝙ finis legis extat quę dicit,ius crediti nõ habebit:nõ ĩponit pœnã ipso iure, sed statuit ĩponẽdã.

c ¶Vers.itẽ vẽditor.Tu dic§.j.super ver.hoc etiã scias.& sic allegat author s.de pig.§.j. ver.illud etiã nota.& ibi plenius de hoc edicto not.

ci,quod prꝛcepit,vt creditor in iudicio,vt debitorẽ sibi cõdẽnari faciat.Alioquin,si pecuniã, vel rẽ obligatã propria authoritate perceperit, acceptam restituat,& actionem amittat.ff.quod met.caus.ex tat.ff.ad l.Iul.de vi pri.creditores[a].¶In quo sic libellus concipit. L I B. Corã &c.conqueror de P. creditore meo,qui cũ mutuasset mihi xx. propria authoritate rẽ meã talem inuasit,seu etiã occupauit:vnde peto eũ per edictũ diui Marci in amissione crediti puniri[b]:& rem prædictã, quã occupauit,siue inuasit,mihi ab eo restitui: vt in prædi.l.

d ¶Vñ vi.DicitRof. a cuius fuit iste libellus in fine operis, vbi tractat de hac l.& sequẽ.ꝙ hic fit restõ possessionis, b nõ quia agẽs posse derit,sed fit ex parte possidentis : dat simile de interdictis,quorũbonorũ & quorũ legatorũ, vt statim dicã sup ver.cęterum.

17 ¶†Actor ergo sic ponat Po.actoris.Pono ꝙ es creditor meus.Itẽ ꝙ mihi mutuasti xx.Itẽ ꝙ propria authoritate rẽ talẽ occupasti,seu inuasisti. Secus si pacto,vel iudicis authoritate.C.de pig.l.iĩj.C ad l. Iul.de vi pu.l.iĩj.& in præ.l.cõcor.¶Reus verò sic. P O.R E I. Pono ꝙ qñ tibi mutuaui, promisisti mihi vsq; ad mensem reddere.Item ꝙ conuenimus vt si nõ redderes,liceret mihi propria authoritate rem tuã accipere,seu eius possessionem ingredi.C. de pig.l.iĩj.Item ꝙ authoritate iudicis eam apprehendi:& vide j.de emp.& ven.versi.itẽ venditor.[c] sub ver.quam accipiendi.¶Qualiter autẽ liballus concipiat cũ colonus dño petenti possessionẽ non restituit:vel si ipse,vel procurator, vel inquilinus possessionẽ perdit:dicã j.de loca.§.post q̃.versicu. cæterũ.& se.¶†Item septimũ est constitutio, inuasor,quæ locum habet contra occupatorẽ rei immobilis vacantis:vt Insti.vi bo.rapt.& ff. de vi & vi. ar.l.j.§.si de naue . In qua sic libellus concipitur ¶L I B. Corã &c.cõquero. de P.qui possessionẽ talis fundi vacãtẽ,quẽ fundũ dico ad me iure dñĩ pertinere,propria authoritate vsurpauit:vnde possessionẽ illius fundi mihi peto restitui.&ad hoc ꝙ pono cõdictionẽ ex l.inuasor.quæ est C.vnde vi.[d]

18 ¶†Octauũ est cõstitutio C.vñ vi.cũ q̃rebat.q̃ punit & cogit detentorẽ,qui possessionẽ vacãtẽ alicui ac cipit sine authoritate iudicis,& sine violẽtia rẽ restituere. in qua sic con.li. L I B. Corã.&c.cõ.de P.qui pos.meã vacuã sua authoritate inuasit,vel occupauit,seu intrauit,& detinet occupatam.vnde peto possessionẽ illã mihi restitui cũ pœna:vt si dñs est,vel habet ius in re:ꝙ illud admittat. V el si non est dñs,ꝙ mihi soluat æstimationem ipsius rei,quã facio decẽ.& ad hoc propono cõdictionẽ ex l.cùm

e quærebat[e].Et nota ꝙ hoc casu sufficit probare me possedisse:licet nullã probẽ deiectionẽ.Nã quilibet præsumitur occupare,nisi probet iustũ initium sue possessionis:quia quod meũ nõ est,scire debeo ad aliũ ptinere:vt in præ.l.cũ quęrebatur.extra,de fide instru.inter.prope fi.Si autẽ probauerit se iustã cãm possidẽdi habere,nõ præsumitur occupasse,vt

19 in prealleg.l.& extra de elec.querelã.¶†Quid si is cui premissa competunt auxilia, aliquod intẽtauit, & succubuit?Rñd.dicunt quidã, ꝙ nihilominꝰ poterit ad alia recursum habere:alĩ aliter dicũt.¶†Cęterum si contra,vel post tuã denunciationẽ,vel te celante,quẽ suspicatur sibi controuersiam moturũ, aliquis te inquietando aliquid in tuo fecerit:cõpetit tibi contra eum interdictũ,qđ vi aut clã[f]. quod est similiter recuperandæ possessionis[g].¶In quo sic libellus cõcipit. L I B. Corã &c. cõqueror de P.qui vi vel clã me inuito,vel ignorante,& eo celãte,seu suspicante me sibi cõtrouersiã moturũ,in tali loco meo,cuius fines &c.quẽ locũ dico ad me ptinere ratiõe dñĩ,vel quasi,vel rõne,vsuff. vel alteriꝰ interesse opꝰ post meã denũciationẽ & ꝓhibitionẽ fecit,vel fieri fecit.vñ ago cõtra ipsum,vt illud opꝰ

f ¶Clã.An sint duo e interdicta vel vnũ tantũ,not.ff.eo. tit. super rubri.glo.ibi Io.& Azo. Rom. & Roff.tenent, ꝙ vnum.Pro eis expresse facit ff. de

20 mor.inferen.si prius.Itẽ pro eis facit quòd prætor& 21 Imperatorcõiunxerũt hæc verba : & disiũctiua ponitur pro coniuncta .C. f de verb.sig. cùm q g dam.Pla . contra p l.j.ff.de offi. præfe. vrb.§. ex interdictis.qui bene faceret propter plurale,si non admiscuisset aliud ĩterdictũ. Induxit etiam ꝙ diuersi sunt actus,per quos videntur dari debere diuersa interdicta : sed quia:ibi siue vi fiat,siue clam,datur hoc integrum interdictum.ff.eo.l.j.§. ĩj.propter identitatem interdicti ex altero facto,vtrunq; proponitur Inducit Roffr.præ.l.si proprius.vbi pro edificio clam facto,dicit text.dari actionem,quod vi aut clam.

g ¶Possessionis.V nde l.j.ff.eo.in prin.dicit hoc interdictũ restitutoriũ.& ideo satis cõgrue author illud simul tractat cũ interdicto vnde vi.Roma. tamẽ licet cõtineat hæc duo:illa tamen per duas rubricas diuisim tractat, sicut & rubricæ Legistarũ.Ponit autẽ vndecim, quæ in interdicto requiruntur,quæ per positiones tamẽ patent.Quicquid etiã in hoc §.sequitur,

quasi ad literã fuit eiꝰ.Quod dixi hoc interdictum restitutorium: dic cum Roffre.respectu cõdemnati, qui in pristinum statum restituit,quod vi, vel clam factum erat: non respectu actoris,cùm detur possidenti.Nam agens hoc interdicto habet probare quod possidet, & quod inquietatur : sicut in vnde vi probat ꝙ possedit,et quòd expulsus fuit . Dat autem simile de interdicto , quorum bonorum, & legatorum,quæ sunt restitutoria respectu condemnati: respectu agẽtis sunt adipiscendæ. ff.quorũ bonor.l.j.& quorũ lega.l.j. Fatetur tamen quòd propter suum interesse datur etiam possidenti : puta conductori, vel colono propter fructus . ff.eo. q̃ q̃.& l.cõpetit,et subdit quòd hoc interdictum respicit causam proprietatis . ad quod dat multa similia interdicta.

¶Præualent . Honestius loquitur q̃ Roff.qui dicit formam istã stare non posse: cùm id solũ peti possit , quod est in obligatione. Institu.de actio.in prin.Interesse autẽ non est in obligatiõe,sed in cõdẽnatione.prætor enim dicit.ff.e.l.j.in princip.quod vi aut clã factũ est, restitue . id est,destrue,& in pristinum statum reducas:vt exponit ibi glos. venit ergo id solum restituendum, quod factum erat : non ergo interesse . Item lex, competit.ff.eod.§. pe.dicit prout etiã patet ex proximis libellis,ad quid aliquis teneat ex hoc

22 in pristinum statũ suis expẽsis restitui patiatur.& ad hoc propono interdictũ,quod vi aut clã, vel actionẽ in factũ subrogatam in locũ eius.ff.quodvi aut clã.l.j.in prin.& §.hoc interdictũ.& l.semper. §.hoc interdictum.& l.cõpetit.§.& hoc si fecit vi & clam.¶†Si verò vi tantùm,s.post tuã denũciationem & prohibitionẽ:quia bene põt partim clã & partim vi:vt ff.eo.is qui in puteũ.§. hoc interdictum.tũc sic cõcip. libel. L I B. Corã &c. cõque. de P.qui vi me inuito & cõtra meã prohibitionẽ & denunciationẽ in loco tali, cuius fines &c. quẽ locũ dico ad me pertinere iure dñĩ vel quasi, vel ratione vsusfructus vel alterius interesse, opus fecit,vel fieri fecit post meã denunciationẽ & prohibitionẽ.vnde ago contra eum,vt illud opus reuocet,& in pristinũ statũ patiatur suis expensis restitui.& ad hoc propono,&c.vt s.proxi.Sic ergo pones,ꝙ suis expẽsis,& ꝙ patiatur, qñ ipse possidet, & fecit,seu fieri fecit opꝰ. Si verò fecit,sed nõ possidet,hoc solũ mutabis:vnde ago contra eũ,vt impensas,quibus prædictum opus destruat, & in pristinum statum reducatur,præstet.& ad hoc propono,&c.¶Si verò ipse possidet,sed alius fecit opus, cõci.sic libel.L I B. Corã &c.cõque.de P.qui opꝰ factũ à T.in tali loco,cuius fines &c. quẽ locũ dico ad me iure dominĩ,vel quasi pertinere , vel ratione vsusfructus vel alterius iuris, post meã prohibitionẽ & denunciationẽ possidet: vnde ago cõtra eũ,vt prædictũ opus patiatur destrui,& in pristinum statũ restitui.& ad hoc propono,&c.vt in præ.cõcor.& ff.eo.cõpetit.§.fi.¶Si autẽ te ignorãte & celante fecit opus,cõci.sic: L I B. Corã &c. cõque.de P.qui me ignorãte,& eo celãte, & suspicante seu suspicari debente, me sibi cõtrouersiam moturum, opus fecit in loco tali : cuius fines &c. quẽ locum dico ad me pertinere iure dominĩ, vel quasi,vel ratione vsusfructus vel alterius iuris:vnde ago cõtra ipsum,ꝙ prædictũ opus patiatur destrui suis expẽsis,& in pristinum statum restitui: vel si nõ possidet,dicas,vt prædixi : & ad hoc propono,&c.vt s.ff.eo.l.j.in prin.& l.prohibere.§.clã. & l.seruus.¶Alĩ verò sic cõcludũt. V nde peto illud opus in pristinũ statum reduci , & quantũ interest mea id opus factũ non esse,resarciri,& pręstari peto. & ad hoc propono,&c.s.ff.e.semp.§.in

h hoc interdicto.sed primæ. formæ ꝓualẽt[h]. ¶A C.

23 ergo sic ponet. P O. A C. †Pono : ꝙ fecisti tale opus in tali solo vel ædificio.ff.e.l.j.§.hoc interdictũ.& l.si alius.§.fi.& l.nã origo. Item ꝙ tibi nunciaui,ne faceres.ff.eod.l.j. §.quod fit vi.Itẽ ꝙ talis mercenariꝰ meus,vel filius,vel amicus tibi denunciauit.ff. e.prohibere. Itẽ ꝙ illa prohibitio semper durauit sine remissiõe,vel cõcessione.ff.e. prohibere.§.sed & si permiserit.& l.vim facit.§.tã diu.Itẽ ꝙ cùm tibi dixi ꝙ te defenderes,te defendere cõtempsisti.ff.e.prohibere.§.si quis paratus.Itẽ ꝙ illud solũ est meũ.ff.e.is,q in puteũ.§.fi. & l. denicq. §.si ex socijs.Item ꝙ mea interest id opus in dicto solo nõ fuisse factũ : vt in proximis præcedẽtibus cõcor.Itẽ ꝙ ædificiũ, in quo post meã prohibitionẽ,ædificasti,reędificaui sine omni violẽtia,seu clãdestinitate.Itẽ ꝙ propter opus , qđ fecisti in agro, ager ille factus est deterior.ff.eo. si alius.§. si quis aceruũ.Itẽ ꝙ iam sunt sex mẽses ꝙ illud fecisti.Secus si annꝰ vtilis.ff.eo.semper.§.hoc interdictũ.& §.si quis rei. V el pone affirmatiuè sic : Itẽ ꝙ à sex mẽsibꝰ citra illud fecisti.Itẽ ꝙ ignoraui illud factũ esse.ff.eo.si alius.§.bellissimè. Itẽ ꝙ me celante,&

interdicto.Nam aliquando ad patientiã & impensas tantùm.Ex quo concludit,ꝙ malè petitur interesse: veniet tamen in condemnatione, si iudici parere noluerit.ff.de interdi.§.fi.s.allega.in actione de dolo. ff. de dolo.l. arbitrio.& in rei vendicatione.ff.de rei vend.l.qui restituere.vbi patet in fin.hoc generale ad omnia interdicta.

te ſuſpicante tibi controuerſiam moturũ ædificaſti: vt in ſeq. cõcor. Itẽ quòd ſuſpicari debuiſti me tibi cõtrouerſiã moturũ. ff. eo. prohibere. in fi. & l. Seruius. ¶ Reus verò ſic: PO. R E I. Pono quòd opus illud feciſti in naue, vel circa fructus arborũ, vel circa aliã rem mobilẽ. Hoc cõceſſo, ſuccumbet actor: quia interdictũ locũ nõ habet pro eo, quod fit in re mobili. ff. eo. vim facit. §. quod in naui. Itẽ quòd denũciaui tibi, quòd volebã opus facere in loco tali, & die tali. & nullus mihi interdixit. Item ꝙ hoc tibi, vel tuis aut domui tuæ denũciaui. ff. e. aut qui aliter. §. ſi quis demũ. ff. de dãno infe. dies. §. abeſſe. Itẽ quòd poſtꝙ mihi nũciaſti, ne hoc opꝰ facerẽ, id permiſiſti: vel procurator, vel tutor, vel curator tuus. ff. eo. prohibere. §. ſed ſi permiſit. & l. vim facit. §. tãdiu. Itẽ quòd propter id opus fundus tuus ſit melior. Itẽ quòd iã annus trãſiuit, ex quo feci. Itẽ quòd ſciebas opus factum eſſe. Item quòd feci illud cauſa incendĳ arcendi. ff. e. ſi alius. §. eſt autẽ. Item quòd ſolum illud, vel ædificium, in quo opus feci, eſt T. tantùm[a]. ¶ †Et nota quòd ſic intelliguntur verba illa, poſſideo à te vi, id eſt, violenter tibi abſtuli. & ſic de ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Spoliatus incorporalibus, puta iuribus, reditibus, & ſeruitĳs, qualiter formare libellum debeat?
Interdictum & cõſtitutio locum habent, vbi quis à poſſeſsione rei expellitur.
Iura non dicuntur poſsideri, ſed quaſi.
Reſtitutio dicitur prioris ſtatꝰ redintegratio, nec reſpicit tempus futurum, ſed præteritum.
Futuri iuris reſtitutio, an peti poſsit.
Interdictum quaſi vti poſsidetis vel quaſi interdictum vnde vi, cui quo caſu competere poſsit.
Interdictum quaſi vnde vi, & quaſi vti poſsidetis cui, & quo caſu competere poſsit.
Incorporalia non dicuntur poſsideri.
Ruſticus ſoluens vni ſeruitia, quæ alteri debet, an liberetur.
Tempus an ſit modus inducendæ obligationis.
Libellus quo caſu ſit in quaſi vnde vi, & quaſi vti poſsidetis dandus.
Diutina ſolutio annuæ præſtitionis, an inducere poſsit obligationem. & nu. 13.
In præſtationibus perſonalibus non eſt reperire iudicium poſſeſſorium.
Interdictum vnde vi, non habet locum, niſi in rebus immobilibus.
Iuribus, de quibus non loquuntur ipſe decretales, denegatis, qualiter erit procedendum.
Debitum non præſumitur, niſi probetur.
Debitum non conſtituitur temporis curſu.

uidebitur eadem ratione, ſcilicet, quia inhibitio & taxatio tempore prouiſionis faciendæ adiunganť, vt prædixi. Sed verba iſta licet bene ſonent, vbi poneretur ſumma ſine taxatione: tñ in forma pauperum non procedunt: quia forma pauperum reſpicit duplicem taxationem, ſcilicet ordinariam, ſi extat: aliàs quantũ plus fuit ſolutum. Sicut ergo ſtatur taxationi, valeat plus vel minus in prima pte: ſic & in ſecunda ſtabitur illi maiori ſolutioni, quę deficiente ordinaria taxatione eſt ſecũda taxatio. Et ſi dicas, hoc poſſet eſſe iniquum: fateor, ſed idem fateri oportet in prima. Sufficit enim ſic ſcriptum eſſe de fer. c. ij. cum cõcordan. primæ gloſſ. Remanet ergo dubium in literis gratiæ, in quibus quis impetrat beneficiũ primò vacãs ſpectãs ad collationẽ talis, cuius annui reditus nõ excedunt certam ſummam florenorũ, vel ſimpliciter, vel ſecundùm taxationem decimæ. & ibi nõ eſt talis taxatio. Quibus caſibus ſi per Iuriſtam diceretur, vel per papam declararetur, q̃ omnis taxatio ſummæ in literis beneficialibus non determinata reſpiceret tempus vacationis, videretur bene actum: & tunc æſtimatio valoris fieret, vt prædixi in prima quæſtione. In ea verò parte, qua de augmento vel diminutione valoris flore. quęritur: ſciendum eſt, quid ſeruet curia. ad quod laboro: tamen non audio q̃ curia non ponderat aſcenſum vel deſcenſum flore. Et ſi dicas q̃ curia habet pro taxato floren. xij. Turoneñ. cum dimidio. Sed remanet quæſtio, quid in aſcenſu vel deſcenſu Turoneñ. quod ſæpe noſtris temporibus vidimus. Demum quęrebatur de diſtributionibus & mortuarijs, an veniant in æſtimatione: & quia diuerſa ſunt, hæc diuerſimodè tractabũtur. De primis formatur caſus de eccleſia, quæ habet canonicos præbẽdatos, & vltra id menſam communem, ex qua ſingulis præbendatis in ſingulis horis certum quid datur. & præbendati ſoluunt ibi decimam de præbenda, & capitulum de menſa. ſi tamen hæc coniungantur, quod percipit, excedit ſummam: ſi diuidatur, vt ſoluitur, non excedit. ¶ Et primò pro hac negatiua inducitur q̃ Papa prouidere voluerit de beneficio, cuius reditus &c. ſed conſtat q̃ diſtributiones non augent præbendam. Sed propter operam perſonæ præſtantur, nec aliter debentur. de clericis non reſidentibus. c. vno. lib. vj. & ſic non eſt eius cum re cõmunio facienda. Ad hoc ff. ſi menſor falſum modum dix. l. j. ij. reſpon. & pro ſoci. l. cum duobus. §. ij. ibi: pretium ei operæ eſt &c. & de ſeruitu. ruſtico. prædiorum. l. pecoris. & quod ibi not. Item aptitudo acquiſitionis non auget pretium rerum. ff. ad leg. Falcid. pretia. Multis enim ex cauſis accidere poteſt, quod aptitudinẽ non ſequitur actus: vt ibi. & ff. de acquirẽdo rerũ domini. naturalem. §. j. ſicut & de pſequẽte ferã, quã iã vulnerauit, dicit ff. d̃ acq. re. l. natu. §. j. Cũ ergo actũ & corpus hominis requirat diſtributio, quòd non requirit præbenda: meritò non eſt inter hæc dicenda communio: cùm pendeant diſtributiones ex euentu fortunæ, & dentur per dies & horas. ergo vt s̃. facit C. de dona. ſancimus. §. penul. Item iſta ſunt diuerſi generis & diuerſę naturæ, & vt diuerſa ponuntur in iure. Dictum ergo de vno, alterum nõ includit. de cleri. nõ reſiden. de cætero. de præben. licet. Item bene facit ff. de rei vendica. in rem actio. §. itẽ quæcunq̃. Per quæ patet q̃ ad hoc, vt in diuerſis conſtituatur vnum corpus, neceſſe eſt id fieri eadem materia mediante. ſed in fructibus præbendæ & diſtributionibus, eſt diſtinctio materialis: quia altera ſola requirit operam: vt s̃. ergo non eſt cõiunctio. quod ergo recipit vniuerſitas, non eſt ſingulorum ſicut quod ipſa debet: non debent ſinguli: nec quod ſibi debetur, ſingulis debetur. ff. quod cuiuſq̃ vniuerſi. ſicut. §. ij. Litera autem mãdat dari beneficium, cuius reditus & prouentus &c. ſed ſi iſti non ſunt ſimpliciter reditus & prouentus beneficij, ſed operæ. ſic ergo ad excluſionem nil operatur. Hæc allegando dicta ad defenſionem impetrãtis fortius in mortuarijs habent locum, quæ adhuc fortius ſunt incerta & fortunę ſubmiſſa: ſed hoc maximè ſi dicamus mortuaria, quę cũ mortuis offeruntur. Si autem recepimus mortuaria anniuerſaria, videtur diſtinguendũ, an ſit voluntaria: & tũc vt s̃. de offic. procon. l. ſolent. in fine. de annu. lega. l. Seio. §. j. Aut ab inuitis exigi poſſunt: quia ſunt teſtamento relicta vel per viuentes ordinata. & hoc plus dubij. Ad hæc ff. de acquirẽdo rerum domi. l. ſtatuas. & l. rem in bonis. & tamen licet ſint in bonis eccleſiæ, cùm tamen perſonarum opus, & certum vſum requirant, nec ad alium tranſferri poſſint, non dicantur eſſe in bonis ſingulorum vt ſupra dixi. ſicut relictum ciuitati ad certum eius vſum, ciuitatis eſt. ff. de leg. j. ſi hæres. §. j. & l. ciuitatibus. tamen ſi ad illum vſum ſeruari poſſunt, ad alium tranſferri non debent. ff. de vſufruct. lega. l. legatum & l. quædam prædia. Facit extra, de teſtamen. nos quidem. Quia verò pro anniuerſario recipitur plus, vel minus pro numero præſentium, non videtur computandum in taxatione impetrantis. Sic etiam cùm menſurantur facultates eccleſiæ propter numerum ſtatuendum: vt extra, de vita & honeſtate clericorum. quoniam. cùm concordan. non deberet haberi conſideratio ad aliquod incertum de futuro, ſicut & Falcidia de talibus non detrahitur: tamen aliter prouidetur, ſcilicet per cautionem. ff. ad l. falci. in lege Falci. non habetur. & l. cùm Titio. vbi de hoc. Item in bonis noſtris non eſt, quod acquiri poſſet. ff. de his, quę in frau. credi. l. qui autem. in princip. & aliudius in re quamuis ad rem hoc eo. tit. c. vlt. lib. vj.

SVMMARIVM.

☞ Libellus qualiter ſit in materia cõceſsionis præbendarum concipiendus.
Libellus qualiter ſit formandus, vbi ratione perſonæ conceſsio præbendæ alicui facta impugnatur.
2 Libellus qualiter ſit concipiendus contra eum, qui plura habet beneficia.
3 Dicere volens aliquem ad beneficia ineligibilem, qualiter formabit libellum.

Ad aliam quęſtionem multis videtur ponderandum æſtimationem Romanæ curiæ, vbi manauit taxatio. nec eſt veriſimile, q̃ de alio loco Papa intellexerit. & ſic dupliciter ſatiſſit. l. nummis. ff. de legatis. ij. quæ vult cõſuetudinem patriſſa. & regionis attendi æquius & communius attenditur locus beneficij hac ratione: quia actus expediendus certo loco, fictione iuris ibi expediri debere videtur, vbi fuit celebratꝰ. ff. de rebꝰ auth. iudi. poſ. l. ij. de iudic. hæres abſens. §. fi. de acti. & oblig. cõtraxiſſe. Non obſtat quod dictum eſt: primò quia ipſe princeps ſic intellexiſſe præſumitur exprimẽdo locum. ff. de re. cre. l. vinum. de triti. l. fi. ff. de fideiuſ. ſi vt proponitur. De tempore reſpõdetur idem, ſcilicet ponderandum tempus vacationis, per iurá alleg. ſuper ij. & ij. q. verſicu. ad contrarium. De bonitate monetæ videtur ponderandum valorem intrinſecum. C. lib. xij. de veteris numiſmatis poteſtate. l. j. facit ff. ſi certũ petatur. cum quid. Verius eſt attendi communem vſualem & extrinſecum & cõcurrentem valorem monetæ expreſſæ in taxatione, qui eſt in loco beneficij, vel circunuicinis. quæ loca in his veniũt attendenda. de cõſuetudine. cùm olim. de cenſi. ſuper eo. ff. de alimen. & ciba. lega. l. penulti. ff. de legi. l. de quibus. Ad primum inducitur ff. ad leg. Falcid. l. pretia. & l. in lege falcid. ff. de eo quod certo loco. l. iij. Communis enim vſus & curſus habet res, quæ per pecuniam æſtimantur, nõ eo nuerſo. ff. de fideiuſſori. l. ſi ita fideiuſſorem. conſiderari ſecundùm extrinſecum & vſualem valorẽ monetæ loco currentis. Bene facit ff. de contrahen. emptio. l. j. circa principium. ibi: nõ tam ex ſubſtantia &c. & q̃ vſus in hoc præponatur omni conſtitutioni, patet ff. de legat. ij. l. liberorum. §. quid ergo. & quod ibi nota. & extra, deſpon. ex literis. & ff. de regu. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. Si verò moneta in literis expreſſa, puta flo. Turo. vel ſimilis, non habet ibi, vel in vicinis locis curſum: dixi in principio harum quęſtionum, gratiam nõ extingui in ſimili caſu, quando ſcilicet taxatio decimę nõ eſt in partibus. & illa iura hic ſufficiant. Ad taxationem autem veniri poterit hoc modo, q̃ ſciatur quacunque diligentia ſciri poterit, quo modo moneta hic currens poſsit coæquari monetæ taxatæ. quod facilè ſciri veriſimiliter poterit, ponderata bonitate intrinſeca, & pondere vtriuſque æquato. finge libræ pondus de vtraq̃, quæ in maſſa valet decem: & facta demum collatione ad aſcenſum formæ vel bonitatis extrinſecæ propriæ monetæ: puta, quia pondus libræ monetarum valet xv. facilè iudicabitur exceſſus ad illam ponendo idem pretium metalli, ſcilicet auri, & argenti in vtraque: & per vnum vel duos floren. vel Turoñ. habeatur ratio omnis magni põderis. ¶ Additur quòd de perpetuo vicario in eccleſia monaſterij, in cuius vicariæ creatione fuit ordinatum, quòd vicarius omnes reditus & obuentiones haberet, & daret annis ſingulis monaſterijs lx. li. præter annos, quibus ſolueretur decima papalis: tunc ſolueret ſola quinquaginta, & taxatio decimę in vicaria ſoluit pro cx. lib. quæritur, an habens literam apoſtolicam de centum ad taxationem decimæ, poſsit illam acceptare: quia ſi illas decem imputaremus mona. caderet in gratia. Sed cùm ſuperius dictum ſit, quòd vicarius omnes prouentus recipit: ita quòd in fructibus nullum ius habet abbas: & pecuniam taxatam recipit de manu vicarij. patet ergo mona. vel abbatem non eſſe vſufructuarium. ff. de vſufructu lega. l. patrimoni. & l. fundi. & ff. de vſufruct. l. defuncta. §. j. Non obſtat lex, ſi quis ita. eodem titu. vt ibi nota. Beneficium ergo plenè eſt penes vicarium cum onere ſoluendi nunc lx. nunc quinquaginta: quæ decem non mutant obligationem paſsiuam ſine reſpectu vicarij, qui ſemper tantum ſoluit, & vnum minus tempore decimæ. & ſic in diuerſam cauſam. Facit ff. de vſufructu lega. l. quidam prædia. nec dicitur monaſterium illa decem ſoluere, ſed potius non capere. quæ multùm differunt. ff. de his quæ in fraudem cre. l. qui autem. & ſcripſi de his quæ ſi. à præla. cum apoſtolica. ſuper gloſſa, ideo. totum ergo imputatur vicario, & ſuum dicitur. ff. ad leg. Falcidiam. cùm non eſt nouũ. cum duabus legibus ſequentibus. & C. de caducis tollendis. l. vna. ad fin. verſiculo, ſin vero non omne.

ADDE, & comprehendes quàm inſignis fur aliorum laborum Ioannes Andre. fuerit: & primò quo ad primam quæſtionem in verſic. ibi extra gloſſam. Oldra. conſil. cxxxvij. incipiẽte, plures ſunt. & conſil. cxxxvj. incipien. quod ex productis. verſicu. verò, ſi ſunt duo.

ADDE eundem Oldra. cxiij. incipiente, litera apoſtolica. & verſic. ſæpè occurrit Oldra. conſil. ccj. incipiente, caſus talis. & verſicu. ſed venit in dubium. Oldra. conſil. clxxv. incip. thema tale eſt. & verſicu. & vt intelligatur. Oldra. conſil. cxvij. incipiente, ex virtute gratiæ. & verſicu. tractetur. Oldra. ccxxv. incipiente, factum tale eſt. & verſi. in ſecunda. ſcilicet, quòd tempus ſit inſpiciendum, an impetrationis, vel vacationis. Adde eundem Oldra. conſil. lvij. incipiente, quidã impetrauit. & an diſtributiones quotidianæ veniant in æſtimatione, vide allegato conſil. cxvij. & verſi. ad aliã quęſtionem. Oldra. etiam conſil. clxvij. incipiente, ad primam quęſtionẽ. Et ad valorem monetę quo tempore inſpici debeat in reſcriptis & in teſtamentis, vide latè Roma. conſil. cxxiij. & quę poſui in l. quo te. ff. ſi certum petatur. Et an currat tempus menſis ad prouidendum, ſi acceptatio fuit nulla, vide Petrum de Ancha. quòd non, conſil. ccccxiij.

a ¶In hac materia. Cuius. supple initij.
b ¶§. videndum. pe. §. est.

Bal. de conces. præbendæ. *Rubrica.*

Possunt obiici plura crimina cũ protestatiõe, qđ opponẽs non adstringit se, ver. quid si. cũ seq. G.

¶An mortuo prælato capitulũ possit absoluere in fin.

c *Ne sede uacante aliquid innouetur.*

Rubrica.

¶Roffre. in libellis iuris canonici posuit hanc rubricam. & est vltima primę partis. & ibi describit tẽpꝰ mortis Gregorij ix. & successoris sui Celestini, qui xv. diebus vixit post vacationẽ ferè biennalem electus fuit Innoc. iij. & cõputo qꝑ de mense Junij, qui cũ lxvj. incipit, hodie est dies quinta, erũt cẽtũ et tres anni. priꝰ autẽ vocabatur Sinibaldus: & fuit præsbyter cardinalis sancti Laurentij in Lucina. & fuit Genuensis de nobilibus de Flisco, & comitibus Genuensibus. et decuit sic instare circa ipsum, qui solus dupliciter nos ditauit: scilicet apparatu solenni, vt magister. & constitutionibus, quas vt pontifex edidit in generali concilio Lugduñ. & post quas nunc in sexto habemus insertas. primas ex presi §. de summa trini. sup Rubrica. Ad rubricam etiã facit q̃o Pyl. cvj. de re monasti. va. vel abbate in remotis agente alienata ex iusta causa per conuentum, & de consensu episcopi, an valeat: an verò abbas substitutus vel reuersus illam reuocet. Soluit quòd si abbas esset in loco, quo requiri posset, requirendus esset; aliàs alienatio non valeret. allegat xvj. quæstione vltima. decernimus. si nesciebatur, vbi esset vel erat valde remotus: si necessitas vel vtilitas monasterij suberat, putat alienationem per conuentum authoritate episcopi, & aliàs iuridicè factã, valere nil dicit de vacante. & vide quod not. hic tit. c. j. in gl. vacante. Tu dic in casu necessitatis ad vitandum graue damnum ecclesiæ, detur per episcopum defensor monasterio vacanti, cum quo supplentem vicem prælati seruata forma iuris fiat contractus. Facit decretalis vltima eodem titu. quæ de defensore loquitur. Et si dicas, vt ibi exponitur: dic qꝑ ibi erat quæstio cũ episcopo. Item dilatio causæ nõ est sic periculosa, vt prętermissio cõtractus eẽ possit. Itẽ quod de defensore dixi, patet de rebus eccl. nõ alienã. dudum. lib. vj. & facit clemen. eo. titu. si vna. Quibus aũt fiant solutiones debitæ ecclesiæ vacanti, scripsi eo. titu. c. fin. super verbo, legitimo.

¶ Restitui. Dixit Rof. cuius fuit iste libellus vbi §. cũ fructibus inde perceptis & percipiendis. & demum contra hoc opponebat istum à fructibus excusandum, cùm titulũ habuit. C. de rei vẽdi. l. certum. Instit. de rerũ diuisi. §. si qs à non domino. ff. finium regun. l. iij. §. post litem. Instit. de offi. iudi. §. ij. respondet titulũ talem haberi pro nõ titulo. & sic malæ fidei possessor dicitur mercando cõtra interdicta legum, vel canonũ. C. de agri. & censi. quemadmodũ. lib. xj. dans regulã, qꝑ vbicũqꝫ titulus habetur pro non titulo, nõ excusat à fructibꝰ. quod metus causa. l. sed & partus. de petitiõe hæredi. l. etiam.

¶ Vacauerũt. Esset addẽdum quorum collatio ad solũ episcopum irrequisito capitulo noscit̃ pertinere, vel licet requisito capitulo noscit̃ pertinere. Hoc dico propter determinata hodie, eod. titu. c. vno, lib. vj.

¶In hac materia. Cuius. supple initij. Coram &c. propono ego T. procurator abbatis & conuentus talis loci contra P. quòd licet monasterium dictum talem prioratum per suos monachos teneret & possideret, ac tenuisset & possedisset, vel quasi inconcusse per tantum tẽpus, cuius [a] memoria non existit: tamen archidiaconus talis loci falso asserẽs prioratum eundem fore parochialem ecclesiam, & ad ipsius collationem spectare, ipsum eidẽ P. non monitis nec citatis abbate & conuentu de facto contulisse dicitur, in iuriam & graue præiudicium monasterij memorati. & præfatus P. prætextu collationis huiusmodi memoratos abbatem & cõuentum turbat indebitè ac molestat, quò minus prioratum ipsum possideant, vel quasi pacificè & quietè. Quare peto præfatam collationem, & quicquid ex ea vel ob eam secutum est, irritari, seu cassam & irritam nunciari: & dictum P. per vos compesci: & vt à dictis turbatione & molestatione desistat: sibiq̃ inhiberi, quòd decætero similia non attentet: cùm nullum ius sit ei talia faciendi. & ei super prioratu ipso & iuribus & pertinẽtijs eius perpetuum silentium imponi. extra de re. eccle. alien. vel non. possessiones. de supplen. neglig. præla. c. j. extra de capellis monach. c. j. ¶†Quòd si concessio præbendæ facta alicui impugnet̃ ratione personę sic li. cõci. L I B. Corã &c. propo. cõtra P. qꝑ eo tpe, quo talis præbẽda à tali sibi fuit de facto collata, nõ erat capax bñficij ecclesiastici: vt pote, q erat maiori excõicatione ligatus. Itẽ infamatus de furto apud bonos & graues sacrilegus, infamis, virginũ deflorator, cõcubinarius manifestus, & vsurarius: quare peto dictam collationẽ annullari & irritari, et nullã seu irritã nunciari: & sibi sup dicta præbẽda perpetuũ silentiũ imponi: cũ nullũ ius habeat, vel habere valeat in eandẽ. Protestor tñ qꝑ nõ adstringo me ad oĩa & singula probãda &c. extra de cle. excõi. postulasti. & c. vlt. de æta. & qualit. cũ bonę. de excess. pręla. inter dilectos. C. lib. x. de infa. l. vnica. xxxiij. di. marit⁹. extra de vsur. ꝑterea. xlvij. dist. qm̃. Alias formas §. in ti. de ꝑb. inuenies expeditas. ¶†Quòd si plura habet bñficia cõtra eũ, sic cõci. li. L I B. Coram &c. propono cõtra P. qꝑ ipse talẽ ecclesiã, vel dignitatẽ habẽs, postmodũ ea retenta talem recepit, & vtranq̃ de facto retinere contendit: quare peto ipsum prima per vos sentẽtialiter priuari. extra eo. de multa. de electione. dudũ. ij. xxj. q. ij. si quis iam. ¶†Si verò velis dicere eum ineligibilem, dices sic: L I B E L L V S, Coram &c. propono contra P. quòd ipse plures ecclesias, vel dignitates, vel præbendas habet, & tenet sine dispensatione sedis apostolicæ speciali. quare peto electionem de eo factam cassari & irritari, & cassam & irritam nunciari, vt in præ. concord. ¶Quid iuris sit de dispensatione super pluralitate beneficiorum, vide suprà de legato. §. videndum [b].

c *Ne sede uacãte aliquid innouetur. Rub.*

SVMMARIVM.

1 ☞Capitulum sede vacante, an in concessionibus præbendarum fungatur vice episcopi.
2 Institutio episcopi seu admissio ad præbendam, nulla dicitur, vbi præsentatio nulla probatur.
3 Episcopali sede vacante non tenet, quicquid sit de bonis vel causis episcopatus.
Ecclesia vice minoris fungi dicitur.
4 Episcopali sede vacante potest in necessitate, & in vtilitatem constitui procurator, qui causas & negotia episcopatus promoueat.
5 Archiepiscopus in rebus episcopalibus, & episcopus in rebus capellarum suarum de iure communi est visitator.
6 Episcopali sede vacante, an possint principes administrationem, vel custodiam bonorum episcopatus accipere. d
7 Reges an sede vacãte possint fructus episcopatus colligere.
8 Sede vacante, an possit capitulum absoluere illos, quos episcopus viuens excommunicauit.

Hoc titulo multis modis possunt cõcipi libelli seu paucis sum cõtentus. L I B. Coram &c. propono ego syndicus vel procurator, seu rector talis ecclesiæ contra P. qꝑ ipse vacante dicta ecclesia, emit vel in emphyteusim accepit prędiũ tale, cuius fines &c. vel qꝑ eius electio vacante maiori ecclesia nõ à capitulo eiusdẽ ecclesiæ, sed ab alijs extitit cõfirmata. vel qꝑ sentẽtia pro eo lata fuit contra talem ecclesiã vacantẽ. vnde peto præfatum prædiũ dictæ ecclesiæ restitui [d], & alienationem ipsam, vel confirmationẽ vel sentẽtiã, vel processum nulla pronũciari & quatenus de facto processerunt irritari. extra, eo. c. vlti. extra, de maio. & obed. cùm olim. xij. q. ij. si qua. extra, de reb. ec. non alie. dudũ. ¶Vel sic: L I B. Coram &c. propono ego episcopus talis ecclesiæ cõtra capitulũ eiusdem ecclesiæ, qꝑ nuper ipsa ecclesia pastoris regimine destituta, idem capitulũ episcopalem iurisdictionẽ temere vsurpauit, manus extendens ad ea, quæ ad ipsum de iure non poterant pertinere, conferendo videlicet beneficia & præbendas, quæ tempore vacationis dictæ ecclesiæ in eadem die vacauerunt. [e]

1 † Cùm tñ nullo iure caueatur, qꝑ capitulum vacante sede fungat̃ vice episcopi in collationibus præbendarum: quare peto dictas collationes & cõcessiones nullas pronunciari, & eis ne de cętero talia attentare pręsumãt, inhiberi. & super eis perpetuũ silentiũ imponi. Peto insuper institutos ab eis in dictis ecclesijs amoueri, & amouendos fore sentẽtialiter decerni & declarari: cùm nullũ ius habeant in eisdem. extra, eo. c. ij. ¶Vel sic: L I B. Corã &c. propono ego H. abbas talis monasterij contra P. qui pro rectore talis ecclesię ad meã pręsentationẽ spectantis se gerit, qꝑ nuper vacãte memorato monasterio, ipse ad eam vacantẽ per tales procuratores eiusdem monasterij de facto tali episcopo extitit pręsentatus: qui siquidẽ episcopus huiusmodi pręsentatione admissa, eum de facto instituit in eadem. quare peto quicquid de ipso tam circa pręsentationem, quàm circa institutionem, quàm etiã circa alia attẽtatum est, cassari & irritari, cassum & irritum pronunciari: & eidem P. super dicta ecclesia & eius iuribus perpetuũ silentium imponi: cùm nullum ius habeat in eadem: & eum inde sententialiter amoueri. Peto insuper expẽsas & fructus &c. Sicut enim non possunt conferre beneficia, vt dictum est: sic nec ad ea pręsentare: † Quia vt p præsentationem ius acquiritur præsentato: sic per electionem

a ¶In prin. Vbi ſcri pſi ſuper verbo, ſede vacante.
ADDE, an ſtatutũ factũ p capitulũ eccleſię cathedralis a
ſede vacãte, duret ĩ 3
tps ſucceſſoris, vide Fede.conſi.xvj.
Et an capitulũ eccleſię cathedralis vacantis poſsit viſitare monaſteria monialiũ exẽpta, peũdẽ cõſi.ccxc. Et an poteſtas diſpẽſandi trãſeat in capitulũ, peũ.cõſ.xxx.et xj.
Additio. Adde tu, 4
an ſede vacãte capitulũ poſsit diſpẽſare, vide Card.zab.ĩ c.illa.in fin.ne ſede vacan. Et an poſsit ſtatuta facere, q̃ duret ĩ tps futuri epi, vide eũdẽ zab.in c. cũ oẽs.col.fi. in xj. q.de cõſti. & Pe.de 5
Anchar.in c.nouit. col.fin.ne ſede vac. Henri.Fer.
b ¶Hoc conſultiſsimo. 6
Allegare debebat decretalẽ, gñali.de elect.lib.vj.
c ¶Irrefragabili. Inducebãt ibi c.ſi epi 7
ſcopus.xj.q.iij. Ad qđ rñde vt not. de mai. & obe.c.vno. b
lib.vj.in gl.hoc tenebãt, p qđ capitulũ terminatũ eſt q̃ 8
põt, ſiue ſit ſnĩa hominis, ſiue iuris. ibi aũt in prima gl. ſcripſi tres ſpẽs caſuũ in hac materia: ſilicet quib⁹ certũ eſt capitulum ſuccedere: & quibus incertum eſt, & quibus caſibus dubitatur. c

d De his, quæ fiunt â prælato ſine conſenſu capituli. Rubric.

¶Hanc rubricã cũ 3
duabus ſeq. poſuit Roſ.ĩ libel. iuris canonici. ad fi. primæ 4
p̃ximam. & primi duo libelli fuerunt 6
ei⁹: ordine tñ cõuerſo. Et dicit q̃ formã hic primã aliq recuſant, ne videantur aliqd p̃ reo fateri. Dicit tamen q̃ vtraq; ipſarum eſt bona forma. Et vide qđ dicã ſup rubrica iĩj.j. & ad rubricam facit q̃.iĩj ſcripta ſup regula. is qui tacet. de eẽpo alienãte p̃ſente & tacẽte capitu. & fuit dñicalis lxxviĩj.
¶Edoceri. Ante fi. j.glo.ibi dum dicit, vel econuerſo.
¶Sibĩpſi. Vt patet hodie de reb⁹ eccl. nõ alie. ſi vna.ĩj.rñ. in cle. licet fatear, q̃ cõplures opiniões corrigit illa decret. vt ibi not. in diuerſis gloſ. Negotñ vt ibi no. ad fi. glo. cũ appella. q̃ reuocet decret. expoſuiſti. de p̃b. Itẽ in decre. c. cũ noſtris. de conſ. p̃ben. tractat de cõceſsiõe in beneficiũ, nõ de extĩctione dignitatis. in decre. cũ acceſsiſſent. de cõſtitutiõib⁹. in teruenit authoritas papæ. & ſine dubio erat neceſſaria: qa eps nõ cõſenſerat. Sed dico q̃ in eẽpo nõ cõſentiente neceſſaria fuiſſet: qa fructus cõuertebat in ſuos vſus. aĩs verò ex cã ſupprimeret dignitas nõ vtilis eccleſię, & nõ ordinata p Papã. & de fructib⁹ augerẽtur duę canonię vĩ mãſionarię p eũm, & capitulũ id fieri poſſet: qa nõ læderet hæc decre. Illud aũt dicit in fi. gl. q̃ incipit, vt dicebat in clemẽti. prędicta determinata ſecundũ hãc formã licere vel nõ licere. ſed illud qđ dicit vt ecclę. bñfic. ca. vnico. ĩ fi. qđ ibi no. ĩ vlt. gl. puto hodie non licere, vt tetigi de reſcriptis. ſi p̃pter. lib.vj. ſup gl. an legat⁹. in fi. tñ adhuc hodie videt aliq̃b⁹, q̃ vniones ante illã decre. ex vera & iuſta cã factæ valeãt hodie: licet vlterius fieri non debeant. Pro & contra facit qđ ibi no. in pe. gl. p̃bant, qa Epiſcopus erat principalis faciẽs, & capitulum erat nõ faciẽs, ſed cõſentiẽs. facit ff.đ reg.iur.l.aliud. & facit ne ſe. vac. ca.vno.lib. vj. Talia igit̃ non authorizant in facto, qđ nõ ĩpedit, vel cui⁹

ctionem vel collationẽ electo. extra, de iure patro. cùm dilectus. Nec aliquid prodeſt admiſsio & inſtitutio etiã epiſcopi diœceſani, ex quo præſentatio nulla eſt. extra, eo. c.ĩj. & de reiudi. cũ inter vos. prope fi. ¶ Quæ aũt poſsit capitulũ ſede vacante: dic ſecundũ Papã, vt no. extra, de hæret. c. ad abolendam. in prin. [a] ¶†Et nota generaliter, q̃ epiſcopali ſede vacãte, nõ tenet quicquid fit de bonis, vel cauſis epiſcopatus: quia eccleſia fungit̃ vice minoris: vt extra, de in integ. reſti. c.j.xĩj.q.ĩj. ſi qua de rebus. extra, de iureiu. ſicut noſtris. ſicut nec tenet ſententia cõtra minorẽ minus legitimè defenſum lata. ff. de reg.iur. acta. extra, ne ſede vacante. c. fi. Reuocari ergo debet quicquid per cõmune ciuitatis Florentiæ epiſcopali ſede vacante factum eſt. nam fere in xxv. caſtris & villis epiſcopatus vacãtis de facto poſuerunt Poteſtates & rectores in prędiudicium epiſcopatus: ſuper quo inter eos, & procuratores epiſcopatus pendet quæſtio coram nobis. ¶†Vbi aũt neceſsitas vel vtilitas expoſcit, poteſt conſtitui viſitator vel procurator, qui cauſas & negotia epiſcopatus promoueat: vt lxj. diſt. obitũ. & c. ſequen. & vĩj.q.j. conſtitutũ. Et generali conſuetudine hodie capitula vacãtibus eccleſijs cõſtituũt procuratorẽ ad gubernandũ & adminiſtrandũ bona epiſcopatus. extra, de ma. & obed. his qui. Poſſunt etiã conſtituere ſyndicũ vel actorẽ eccleſia vacante: vt ff. quod cuiuſ. vni. no. l.j. Alĩj cõtra, quod proſequere ſecũdũ Papã, prout no. extra, ne ſede va. c.j. ſed &. ¶†Archiepiſcopus in rebus epiſcopalibus, & epiſcopus in rebus capellarũ ſuarum eſt viſitator de iure cõmuni. arg. prędictorũ capitulorum. & arg. in his quæ no. extra, de offic. ordi. cùm vos. ¶†Qũc̃q; tñ epiſcopali ſede vacãte aliqui principes dicũt ſe de cõſuetudine habere guardiam ſeu cuſtodiã & adminiſtrationẽ bonorũ epiſcopatus: & agunt & conueniunt̃ nomine epiſcopatus: ſicut videmus in dicta ciuitate Florẽtiæ per quoſdã nobiles obſeruari. ¶†Item etiã reges aliqui dicunt ſe habere regalia in quibuſdã eccleſijs, volẽtes percipere omnes fructus vacãtis eccleſię: vt in cõſti. Gregor. x. de re. ec. nõ alie. hoc conſultiſsimo. [b] vbi de hoc dicemus. in aliquibus etiã cõferẽdo præbẽdas: ſicut illuſtris Rex Franciæ in eccleſia Carnoten. in qua nos decanatũ habemus. ¶†Quæriť an vacãte eccleſia, capitulũ poſsit abſoluere, quos epiſcopus viuens excommunicauit? Dicit Vin. q̃ ſic propter periculũ animarũ. arg. extra, de maio. & obed. cùm olim. extra, de hære. ad abolendam. reſpon. j. Alĩj contra: quia non tranſeunt ad capitulum niſi quæ ſibi ſpecialiter ſunt conceſſa. argu. extra, eo. illa. & de offic. ordi. irrefragabili. [c]

De ijs, quæ fiunt â prælato ſine conſenſu capituli. [d] *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Libellus qualiter ſit contra bonorum eccleſiæ detentorem formandus.
2 Epiſcopo ſine conſenſu capituli contrahente, ſi ex hoc actio oriatur, & ante ſententiam cõtractũ eſſe nullum opponatur, poſtmodum autem epiſcopus conſenſum capituli obtinet, an valeant̃ præacta.
3 Vno contextu deſideratum fieri, diuerſis non valet factum.
4 Prælato in iudicio exiſtente abſq; capituli conſenſu, an poſtmodum poſsit adhiberi conſenſus.
5 Epiſcopatus an poſsit ſine conſenſu capituli dare aliqua ad ſuam menſam pertinentia.
6 Epiſcopi donatio cum conſenſu capituli ſemper valet.
7 Donatio capituli quo caſu ſit valida, & perpetua.

CONcipitur ſic libell⁹: LIB. Coram &c. p̃pono ego T. ſyndicus talis eccleſiæ cõtra P. q̃ venerabilis pater epiſcopus eiuſdem eccleſiæ domum talem, cuius fines &c. ſine cõſenſu capituli, ſeu maioris & ſanioris partis ipſius, vendidit eidem. & ſic ipſo iure vẽditio ipſa nulla eſt: & perinde habenda, ac ſi non eſſet facta: quare peto nomine dictæ eccleſiæ domum ipſam mihi reſtitui cũ penſionibus, & fructibus inde perceptis, & percipiẽdis. extra, de rebus eccle. nõ alie. c.j.ĩj. & iĩj. cùm apoſtolica. extra, de his, quæ fiunt à ma. par. ca. c.j.xĩj.q.ĩj. ſine exceptione. extra, de maio. & obedi. dilecti. ¶Sed cũ talis alienatio ſit ipſo e
iure nulla, vt patet in præmiſsis iuribus. extra, de rebus eccle. nõ alienan. ſi quis preſbyterorum. per eam dominiũ non tranſfertur, maximè cùm ſpre- f
tus non ſit dominus, ſed procurator. xĩj.q.j.c.vlti. extra, de donatio. c.ĩj. & ideo talis, ſecũdũ quoſdã, poterit directã rei vendicationẽ proponere. arg. ff. quod met. cau. metum. §. volenti. & tunc fic concipitur libellus: † LIB. Coram &c. propono contra 1
P. qui talẽ domum detinet, cuius cõfines tales ſunt, quæ ad talẽ eccleſiam iure dominĩ vel quaſi pertinet. vnde dictã domũ nomine ipſius eccleſiæ mihi peto reſtitui cum penſionibus &c. vt ſ. & dic vt j. de cauſa poſ. §. ſequitur. vbi formaui libellos in rei
2 vendicatione. ¶†Sed pone epiſcopus ſine conſenſu capituli cõtraxit: ex quo cõtractu agitur, ſed ante ſententiã opponitur huiuſmodi contractũ non valere, nec ex eo agi poſſe. poſtmodũ epiſcopus obtinet conſenſum capituli: nunc quæritur, an tali ratihabitione, quæ acta ſunt confirmentur. Reſpõ. Dicunt quidam q̃ non. argu. ff. de pact. ſi tibi. §. ſi pactus. Requiritur enim, q̃ ab initio prętletur cõſenſus: vt x.q.ĩj. hoc ius porrectũ. vnde poſtea nõ valet. ff. de autho. tut. obligari. §. tutor. & facit C. de
3 teſt. hac conſultiſsima. & l. ſi vnus. ¶† Nam quod vno contextu deſideratur fieri, nõ valet diuerſis factum. extra, de electione. auditis. xxiij. diſt. quorũdam. Alĩj cõtra. C. de rei vend. mater. & argu. C. ad Maced. ſi filius. ff. de iudi. licet. ff. de verb. oblig. l.j. §. ſi verò. ff. quod iuſſu. l.j. §. quod tãtũ ratum. ff. de vſur. ſed & ſi quidem. §. interdũ. Et hoc tenet Bar. vt no. extra, de his, quæ fi. à pręla. ſine cõſenſu capi. cùm vos. & de rebus eccl. alie. vel nõ. dudum. Ipſe etiã dicit, ſi prælatus fuit ſine conſenſu capituli in iudicio: poſtmodum poteſt accedere conſenſus: vt
e no. extra, de reſcrip. edoceri. [e] Ex quo videt̃ q̃ ex litis conteſtatione habita ante ratificationẽ capituli, epiſcopus obtinebit. Ad quod facit: † quia tempus rei iudicatę ſpectandũ eſt. ff. commo. ſed mihi.
4 §. in hac. Item ſufficit actorem ante ſententiam ius habere. ff. de pigno. ſi rem. verſi. fi. ff. man. ſi mandauero tibi. ff. de inoffic. teſta. ſi non mortis. ff. de communi ſeruo ma. l. doli. §. fi. ff. de fur. inter omnes. ff. ſi quis cau. qui aũt. §. fi. ff. de peti. hære. ſi quo tempore. ff. de rei vendi. ſinaũt. §. j. ff. de pecul. quæſitũ. ff. depoſi. l.j. §. non tantùm. extra, de re iudi. abbate ſanè. lib. vj. ad idem ff. de iudi. non poteſt. Argu. tñ contra: quia tempore litis conteſtationis ius nõ habuit: vnde ſuccumbere debet: quia illud tempus attenditur. ff. de nego. geſt. litis. ff. de mino. denic̃q. & in præ. decre. abbate. Item ſuper nullo videtur facta litis cõteſtatio. vnde ſuper nullo videtur ſententia ferenda. arg. ff. cõmuni diui. vt fundus. ff. de iud. de qua re. quia vbi fundamentũ non eſt, ſuperędificari non poteſt. extra, de preſbytero nõ bapti. ve
5 niens. ¶† Hoc etiã nota q̃ ſi ſolus epiſcopus ſine capitulo dat aliqua ad ſuã menſam pertinentia, nõ valet, niſi vbi dat loco religioſo quinquageſimam portionem. extra, de his quæ fiunt à maiori part. capi. paſtoralis. & niſi vbi tenetur alicui ad beneficiũ, quem ſine titulo ordinauit. extra, de præben. cùm
6 ſecundùm Apoſtolũ. ¶†Si verò epiſcopus dat cũ conſenſu capituli, valet donatio: vt extra, de his, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capituli. cùm vos. Argu. contra extra, de dona. paſtoralis. Sed illud intelligo ſecundùm iura, vt ſcilicet interueniat conſenſus capituli. Et hæc obtinent, vbi epiſcopus dat beneficiũ alicui alĩs. ſed ſi det capitulo aliquid de menſa ſua, talis donatio non præiudicat ſucceſſori: quia authoritatem, quam capitulum alĩ poterat
f impendere, non poteſt impendere ſibĩpſi: [f] ſicut nec œconomus. x.q.ĩj. hoc ius porrectum. in fi. ſic etiam nec tutor pupillo. ff. de auct. præſt. pupillus.
7 ¶†Si autem capitulum det aliquod beneficiũ de

consentit,ſicut & filia cõſentit patri repetẽti dotẽ:licet id cedat ad eius cõmodum:quia nõ põt illã ſibi minuere,niſi ex ſuperueniẽti clade.in auẽ.de æqua.do.§.quia vero iam.Primũ patet ff.ſol.mat.l.ij.§.volũtate. Facit ad hoc decre.cũ in iure.de elec.cũ cõcor.ij.gl. p quod dicũt aliq, ꝙ hodie eps de mẽſa ſua bene põt donare capitulo egẽti:qa ſi id põt religioſo loco.de dona. cõſultationibus.& c.paſtoralis. ſed hoc nõ ꝓbant. dicũt ipſi, fortiꝰ capitulo ſuo,cui plus a alligatus eſt. de teſta. requiſiſti. propter qđ nõ videtur ad alienationẽ tendere.C.de fideiuſ.l. voluntas . & ff. de leg.iij.l.pater.§. qn decim. Facit quod de tutore dicit ff.de adminiſt. tut.quot. §.nõ tantũ. & l.nõ exiſtimo. & l.tutorem reum. & ff.de cõtrahẽ.emp.fiſtulas.§. j. Nec obſtat quod dicit hic author, ſed facit ꝓut dicũt: quia nõ dicit conceſsionẽ nullã, ſed reuocabilẽ per ſucceſſorem.

ADDE videndũ originaliter Oldra. conſil.clxxxij.licet de victoria.

mensa ſua,& habet liberam adminiſtrationem: valet donatio, & perpetua eſt, dummodo non ſit in damnũ eccleſiæ : quia ea ſemper idẽ eſt.vij.q.j. denicꝙ.vj.diſtin.habeo.ff.de iudi.proponebatur.[a]

De ijs, quæ fiunt á maiori parte capituli.[b] *Rubrica.*

BReuiter ſicpõt in hoc titulo libellus cõcipi:L I B. Coram, &c. propono ego ſyndicus ſeu procurator maioris,& ſanioris partis capituli talis eccleſiæ,videlicet talis & talis. Vel dicas,procurator talis capituli,ex quo eſt procurator longè maioris partis : vt extra, de electio. cùm inter cano. in princip. ꝙ cùm ipſi Deum habentes præ oculis,vellẽt tale quid in vtilitatẽ ipſius eccleſiæ facere, vel ſtatuere,vel etiam ordinare, vel diſponere,talis & talis ipſius eccleſię canonici irreuerenter cõtradixerunt,nullã cauſam ſuæ contradictionis rationabilem proponẽtes : & adhuc in ſua obſtinata contradictione perſiſtunt. quare peto à talibus ipſos coerceri:& ſuper hac contradictione ſua eis perpetuum ſilentium imponi: dictumꝙ capitulum ſeu maiorem partem & dictam ordinationem &c.debere procedere eorum contradictione nequaquam obſtante, per veſtram ſententiam de-

a ¶Proponebatur. Ac ſi dicat, epiſcopus habet ſucceſſorẽ : vt ſ.capitulum non.Sed iſta ratio concluderet, quòd etiam damnoſam reuocare nõ poſſent.ſed author intellexit quòd damnoſam ipſam idem poſſent.

Baldus. De ijs, quæ fiunt á prælato ſine conſenſu capituli. *Rubrica.*

Anratihabitio capituli firmet alienationẽ prẹlati:& quid etiã in rebus mẽſæ prælati, vel capituli.G.

b *De ijs, quæ fiunt á maiori parte capituli.*[b] *Rubrica.*

¶Vide quod dixi ſup rub. ꝓxi.& libellus hic formatus nõ eſt in vſu,nec illũ per alios formatũ inueni.Capitulũ enim,cuius maior & ſanior pars in aliquid vtile agendũ cõcordat,illud ordinat,& ſtatuit:& valet, per decre. primã eo.tit.Si quis aũt illud impugnare velit, aſſumat vicem authoris & quæſtionẽ Dama.an ſit præſcriptibile, nõ valere ordinationem capituli,in qua nõ ſit omniũ cõcordia.ibi ſcripſi ſup verbo, cõſuetudinẽ. Ad rubricã facit quẹſtio olim diſputata & demũ repetita de minori ꝑte capituli Boñ. in qua ex culpa maioris partis ꝑ c.cùm in cunctis.de elec.reſidebat poteſtas eligẽdi epiſcopũ, quam poteſtatẽ cõicauerũt tribus abbatibus ciuitatis Boñ.ſanctorũ Proculi,Stephani,& Felicis: & euenit hoc ſine interpretatione bis vel amplius:& lapſi ſunt xl.anni. imminet nũc electio per totum capitulũ facienda,abbates illi petũt admitti:quærit an capitulũ tenea tur ad id.Pro abbatibus facit cõſenſus capituli,& materia præſcriptibilis, & negligẽtia prælatorũ.Primũ patet: quia admiſsi fuerũt per capitulũ,i. eos,qui tenebãt quo ad actũ electiõis vices totius capituli.ſed ſi per totũ capitulũ fuiſſent admiſsi,quæſtio nõ eſſet dubia:qa nõ ſolũ ꝑ actus duplicatos,ſed etiã per vnicũ cõcurrẽte ſpatio xl. ann. præſcripſiſſent ius illud. de præb.cũ de bñficio.lib.vj.& no.de cauſa poſ.cũ eccleſia. in gl.ex hoc. & gl.antep.Nõ eſt aũt à iure ſtatutꝰ numerus ꝑſonarũ debẽtiũ tenere capitulũ.hinc eſt ꝙ tres,vel duo faciũt capitulũ,& vt capitulũ eligũt.de ele. c.j.Itẽ ius capituli reſidere poſſet in vno.nota materiã de poſtu. gratũ. cũ ſuis remiſsionibꝰ.ergo quotcũqꝫ nũc teneãt capitulũ,ꝑ illos debẽt admitti.Secundũ de materia præſcriptibili nõ eſt dubiũ, vt patet in dicta decre. cũ eccleſia.de poſtu.bonæ.ij.de elec.quod ſicut.& c. Cumana. & facit de conſue.cũ dilectꝰ. de reſti.in integ.c.ij.ꝑ quæ iura ſi ipſi abbates ꝑſcribere ſungaẽ eiꝰ vice. Tertiũ,ſ.negligẽtia ꝓlatorũ facit ꝓ tãto:qa poterãt illi plures ꝓteſtari,ꝙ nullũ ius acqrereẽ illis in poſterũ:& ĩtererat ipſorũ ꝓpter futuras electiões ꝑ eos fiẽdas,& etiã eccleſiæ,an ſeruitꝰ talis ꝑ paucos imponeretur eidẽ:vt in præ.decre.Cumana.cũ ibi no.in ij.gl.His nõ obſtãtibus fuit contrariũ terminatũ:& bene,cùm ad illos paucos eſſet deoluditum ſuiſſet,erat proteſtatio volũtaria:de qua ſcripſi ſup regula, in generali.lib. vj.in prin.huius materiæ.abbates etiã ſcientes ſe vocatos à paucis, hoc idẽ ſcire debebãt.& ſi volebãt ſibi in poſterũ ius nõ acquirere,malã fidẽ habebant.& ſic dicebat præſcriptio quo ad ipſos.de præſcrip.c.fi. Nec eſt verum,ꝙ illi pauci eſſent capitulũ:licet in eos eſſet ꝓ ea vice ius capituli deuolutum ꝓpter ſociorũ delictũ quo ad illã vicẽ tantũ:ſicut & in caſu negligentiæ ius capituli deuolueret ĩ archiepiſcopũ. de elect. ne ꝓ defectu. qtñ nõ eẽt,nec dici poſſet capitulũ, nec vt capitulũ ꝑiudicare poſſet eccleſię. Volens tenere contrariũ dicet ꝙ abbates præſcripſerint : cũ tñ preſcriptio ſit reſtringibilis in tãtũ, ꝙ per illã ſeparanẽ de ſe cõnexa:vt pater de deci. ex parte.ij.& c.cũ cõtingat. vbi deſcriptio decimarũ nõ comprehendit naualia aliàs vnita. diuidit etiã procurationẽ à viſitatione:cui aliàs eſt vnita.de ꝑſcrip. cũ ex officij.vt nota. in regula , odia. lib.vj.& facit regula,quæ iure.eo.tit.Item ius prouidendi & eligendi bene reſtringiẽ ad certã ſpeciẽ per reſcriptũ.de reſcrip.ſuſpectũ.lib.vj.& præſcriptionẽ:vt no.eo.lib.de præbẽ.cũ in eccleſia. ad id quod ſcripſi de conceſ.præbẽ.propoſuit.poſt prin.& illa nõ excedũt ſuos caſus,vt ibi.Fateãturigiẽ abbates ſolũ in ſuis terminis preſcripſiſſe,ſcilicet cùm minor pars elegit ex iure ſic deuoluto.& ſit iuſta cauſa illos admittẽdi: quia plus egẽt cõſilio pauci,cꝫ plures.xx.diſt.de quibus.de offi.deleg.prudentiã. Mutatis aũt terminis, quibus abbates nõ poſſederũt:& ſic nec preſcripſerunt, nec poſſeſsionis,nec proprietatis commodo debent admitti.his conuenit quod ſcripſi de proba.in præſentia.ſuper finem vltimæ gl. prima placet.

c *Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione cõferantur.*[c] *Rub.*

¶Vide quod ſcripſi ſuper rubric.ij. & libellus hic deſcriptus fuit R o.hoc ti.in fi.quia formauerat libellum in eccleſia Beneuentana:poſtea correxit: quia eccleſia ipſa non habebat præbendas diſtinctas , in quibus diſtinctis dixi propriè libellum procedere.

d *De rebus eccleſiæ non alienandis.*[d] *Rubrica.*

¶In ſexto & Cle.reſumitur hæc rub. R of.proſequitur hanc materiã immediate ante quatuor ſ. ꝓximas.& pleniẽ illã tractat ꝓ modũ ſummæ,fuit etiã eius libellus hic deſcriptus,quẽ ibi vide in fi.pe.col.vbi de hoc proſequitur.etiã poſuit aliũ libellũ breuiorẽ:hunc aũt ꝓponit,vt res euidentius aperiatur.ſaltat demũ author cõtinuando R of.ad aliud ipſius opus ,vt ſtatim patebit.¶ Ad rubricã facit quæſtio venerealis lix.de qua ſuper rubrica de preſcri.dñicalis:de qua ſ.rubrica iij.q.xviij.Io.de Deo lib.vj.de eo, qui iurauit non alienare vel pignorare : an ex cauſa poſsit fructus locare vel vendere ad tempus.De qua dic vt in cle.eo.tit.c.j.in fi.Id enim talibus permittiẽ ibi ad modicũ tempus.Sed cꝫ tũ tẽpus hæc verba cõprehendãt, dubitaẽ: vt ibi no.in vlti.gl.Cõſanguinei vel potẽtes,qui ꝓmouerũt prẹlatos,exquirũt cõtractus gratuitos ab eis ad ipſorũ vitã, vel cõtractus locationũ vel venditionũ fructuũ ad longiſsimũ tempus confeſſato pretio. Sciui epiſcopũ, à quo ꝓmotores ſui extorſerũt gratuitũ cõtractũ ad vitã ipſorũ de tãto,quod trãſcẽdebat duas partes redituũ epiſcopaliũ,expreſſa cã ſeruitiorũ,quæ impenderãt eccleſiæ,& ꝓmittebãt impẽdere quãdiu viuerẽt:& in hoc fuit inſtrumẽtũ multũ ſoleniter formatũ, & de cõſenſu capituli:demũ extorto illud idẽ & male ſucceſsit dictatori. fuit enim per illos,quibus ſic ſeruierat,ſpoliatꝰ in totũ & expulſus à lare ꝓprio.& merito ſic accidere debet his,ꝙ ſanctã domũ Dei trahũt ad talia:ſuperueniẽte legato de latere,& his delatis ad eũ per epiſcopũ ſucceſſorẽ illius,& illis nobilibus ſuper hoc citatis exhibitis inſtrumẽtis prædictis, ipſorũ aduocati defendere conabanẽ cõtractũ, dicẽtes ꝙ pro vtilitate eccleſiæ in bene meritos factus fuerat:& ſic ligabat ſucceſſorẽ.Inducebant xvj.q.vj.illud. propter verbũ munificentias,quod eſt ibi.xlj.q.v.quia Io.extra,de ſol.c. j.de depo.c.j.Item dicebãt donationẽ factã ob cauſam ꝓpter merita ſeruitiorum præſtita & præſtanda:& ſic reuocationi vel pœnitentiæ nõ erat locus.C.de dona.quæ ſub mo.l.pe.& de reuocã.dona.l.ij.& iij.& l.gene-

Debitor

raliter.in prin.nec debet auferri donatũ.xxij.q.ij.nõ enim.in fi.imò si nõ posiderẽt donatarij,totũ supplẽdũ esset.de dona.per tuas.maximè qa illa nõ erat perpetua donatio,quæ facta fuerat ad vitã:sed tẽporalis:qa nil certius morte.extra de pœ.& remis.cũ ex eo.ff.de cõdi.& demõ.l.j.& in illis nõ requirit illa solẽnitas,quæ in ppetuis.facit hoc eo.ti.dudũ.lib.vj. extra,de his quæ fiũt à præla.cõtinebat.

& quod ibi no.in j. glo.& eo.ti.tuanuper.cũ cõcor. vlti. gl.& facit.xvj.q.j. 1

possessiones & qd ibi not.Sed contra ipsos fuit iudicatũ: 2 3

quod hodie coadiuuat clemẽtina p̃dicta:licet eã p̃lati bñ meritis munificentias facere possint ĩ vita & ĩ morte:illætñ debẽt esse moderatę, & iuxta seruitij meritũ: vt patet de test.Ioannes.& c.relatũ.ij.§. 4 5 6 7

licet.sicut et de alijs administrationib⁹ alienare prohibitis dicũt leges.ff.de admi.tu.cũ plures.§. pe.de tut.& ra.distra.l.j.§.j.Aliter p̃latis donare nõ licet. Procuratores eã sunt,nõ dñi.extra,de do.c.ij.vbi vide ĩ cõcor.ĩ j.gl. & licet habeãt liberã ptãtẽ administrãdi, & de elec.cũ nobis olim.in fi.regulariter tñ nõ donat habẽs liberã.de of.vica.c.fi.lib.vj. & cũ ex causa id permittitur,nõ est occasio pro causa sumenda.extra,de maio. & obe.solitæ.ff.ad leg.Iul.maiest.l.famosi.§.j.sed veram & sufficientem ad id causam præcedere oportet.Bene facit C.de sac.san.ec.l.iubemus.ij. vltra prin.ibi:sciẽtes nulla sibi occasione, vel tẽpore ad vicissitudinẽ beneficij.Adde q ibi iustius legeretur collocatis , licet ita illic leg.colorati.&c. Absit enim q in prohibitis certo casu permissis stetur verbo dicentis casum permissum subesse.ff.de proba.qui testamẽtum.de lega.iij.cùm quis decedẽs.§.Titia.& vide quod no.extra,de prẽsum.c.literis.in gl.imo.in vl. Põderãda igitur est veritas,& nõ fictio.ff.de castrẽ.pecu.l.si fortè.viij.dis. veritate.de hoc extra,de pig.nuper.Itẽ dato q fuissent causa donationis fiendæ commẽsurãda tamẽ fuisset causa in quantitate & tẽpore:vt in prẽdi.§.licet.propter id dicit lex quòd propter modicũ æs alienum pupilli magna possessio distrahi non debet.ff.de reb.eo.qui sub tu.l.magis puto. §.non passim.alleg.Itẽ præter tẽpus etiã seruitij,& quantum durauit eius causa,ponderãdum est.Facit de resc.statutũ.ad fi.lib.vj.eo.lib.de elec.cùm non deceat.ff.de excu.tuto.geometræ.de op.li.l.planè.Item ponderãdum est quod tex.prædictæ decre.ad hoc.& præ.§.licet.dicũt aliqua posse dari:quod verbũ secũdùm Hos.vt scripsi in præ.§.notat moderationẽ,& reprehendit prodigalitatẽ qui etiã remittit ad not.per se,de dona.cæterùm. Bene facit pro illo dicto ff.de contrahẽ.emp.l.hanc legem.cum duabus legibus seq.& de bo.dam.l.diuus.Facit etiam illud quod habetur de stat. mo.cùm ad monasterium.versi.c̃ c̃.Sic & aliquando raritatem designat. de sen.excõ.si aliquando.de iureiu.si verò.versi.verum.videtur etiam aliquibus & satis æquè,quòd licet temporalis sit donatio:si tamẽ de re magna, necessaria sit solennitas & superioris authoritas.Bene facit C.de do. sancimus.in fi.ff.de impen.in re.data.factis.l.iij.§.j.& forsan sic intellexit Innoc.& post eum Hosti.id quod post eos scripsi in præ.decre.ij.de his quæ fiunt à præla.sine consensu.ca.super j.glo.

ADDE, Oldra.consi.ccxvj.inci.quidam episcopus.& an episcopus qui iurauit non alienare sine consensu sui superioris,possit coniuncto suo concedere rem in emphyteusim,cuius reditus non excedunt decem solidos?Federi.consil.ccx.tenet quòd non possit.Et an alienatio facta de re immobili ex causa vera & licita si adhibita sit causæ cognitio,quam possessionem melius expedisset, alienare valeat : per eundem consi.cxliij.& ccxlviij.Et an valeat concessio vsusfructus facta ad vitam per prælatum suo consanguineo sine papæ vel legati authoritate per eundem consil.lij. & lxxxvij.& rei ecclesiasticæ alienatio , quibus casibus sit permissa vltra loca ordinaria, vide Bald.consil.xxxvij.v.volumi.Et ibi an abbas exemptus,qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconsulto , possit consentire alienationi Prioris sibi subditi:& an successor teneatur stare locationi factæ per prædecessorem , qui recepit totius locationi factæ ad nouennium pensionẽ: per eundem Bald. eo.volu. consi.clxv.& Per.de Anch. consi.cxv.

SVMMARIVM.

☞ Debitore bona sua corporalia, & incorporalia in fraudem alienante, qua actione possit creditor talis donationis reuocationem petere.

Debitore incorporalia bona in fraudem alienante, qualiter sit reuocatio per creditorem facienda.

Positiones actoris & rei,vbi donatio debitoris per creditorẽ venit reuocanda,qualiter sint formandæ.

Liberto bona in fraudem patroni alienante, qualiter & qua actione sit patrono succurrendum.

Positiones actoris & rei,vbi agit pro donatione liberti in fraudẽ patroni facta,qualiter sint formãdę.

Arrogante aliquem in filium,postea autẽ alienante aliquid de bonis suis in fraudem arrogati, an & qua actione poterit talis alienatio reuocari.

Positiones actoris & rei,vbi agitur vtili in factum Caluisiana pro rebus arrogatoris in fraudem alienatis,qualiter sint formandæ.

Actio reuocatoria in factũ Pauliana prætoria , cui, & quando competere dicatur.

Actiones in factum dicuntur tantùm ad incorporalia iura competere.

Interdictum fraudatorium,cui competere dicatur.

LIcet hoc titu.de rerũ ecclesiasticarũ tractetur alienatione:tamẽ ratione priuatarũ rerum de alienatione aliqua ciuiliter subnectemus.Et primò de materia ipsius tit.differamus : in qua sic cõcipitur libellus: L I B. Corã &c.propono cõtra P.qui talem domũ vel vineam ad talem ecclesiam pertinẽtem,cuius fines &c.tenet & possidet,asserẽs dictam rem sibi à tali prælato venditã: quem contractũ vẽditionis,c̃ sibi factã fore asserit:dico celebratum fuisse cõtra formam iuris & in casu à iure,vetito & nõ pmisso.vnde nomine præfatæ ecclesiæ peto cassari & irritari,& cassam & irritam nunciari venditionẽ ipsam: & rẽ ipsam mihi

1 a dixi s̃.de his,quæ fi.à præ.sine cõsensu ca.¶ †Porrò[a] debitore alienante bona sua corporalia & incorporalia in fraudem creditorũ creditor omnia alienata per actionẽ Paulianã prætoriam tam ab alienatore, b c̃ ab eo,in quẽ alienatio facta est, poterit b c reuocare[c].quæ sic dicta est à Paulo eius inuentore. b ff.de vsur.videamus.ff.de his quæ in frau.cred.hac in factũ.sic libellus cõcipitur: L I B.Coram &c.cõqueror de P.qui possidet prædium,vel domũ talẽ: cuius cõfines &c.quod prædium meũ alienauit T. debitor meus per fraudẽ,vel fraudis cõsilio : vt me fraudaret debito meo,& fraudatus sum : quia eius bona,quæ iam discussi,non sufficiũt ad meum de- d bitum exoluendum ipso P.[d] possessore sciente & fraudem participante : & ideo prædictam rem re- e uoco,vel restitui mihi peto cum fructibus,[e] & omni causa:quasi nulla alienatione vel traditione secuta.& ad hoc propono Paulianã actionem vnde peto mihi iustitiã exhiberi.Et hoc si dicis Paulianã esse nomen actionis.Si verò dicas,q non,sed q sit adiectio : vt not.Azo in Summa.C.de his quæ in frau.cre.dices sic:& ad hoc propono actionẽ in factum Paulianã:vt ff.quæ in frau.cre.hac in factum. prædicta forma probatur ff.eo.l.j.§.j.& l.qui ac.§. hoc edictum.& l.ait prætor.§.per hanc.Quod autem dixi, locum habet circa incorporalia in fraudẽ 2 alienata.¶ †Si verò aliquid incorporale sit alienatum : puta quia suum debitorem liberauit per acceptilationem:distingue, an ille fuerit debitor purè,an in diem , vel sub conditione.si purè, forma f sic[f]: L I B. Coram &c. conqueror de P. debitore meo, qui in fraudem liberauit T.debitorem restitui cum fructibus perceptis & percipiendis. extra,de reb.ecc.nõ alie.si quis præsbyterorum.& c.dudum.lib.vj.xij.q.ij.sine exceptione.& c.nõ liceat.x.q.ij.hoc ius porrectum.Vel si vis , potes rẽ vendicare,& breuius absq; narratione cõcipere vt a

¶ Porrò. Assumit verba Ros.vbi de Pauliana,qui dicit in illa quatuor necessaria : quæ patẽt ex positionibus.

¶ Alienatore. Dicit Roffred.contra alienãtem tunc agi quando ita dispersa sunt bona,quòd sciri non potest vbi sunt.ff. de his quæ in frau.cred.l. vlti.§.fi.& Ioan.de Bla. format libellum de hoc in parte j.proxi.ante fin. sic dicens: L I B. Dico quòd R. debitor meus in centum ita latenter dissipauit in alios bona sua in fraudem meam,quòd iussus à tali iudice mitti in possessionẽ bonorum eius causa debiti, quod mihi debebat , conseruandi: nil inuenio in eius bonis, præseruare possim,nec bona per eum alienata inuenire possum:vnde ago contra ipsum R.vt in carcerem detrudatur quousq; reuelauerit eos,in quos bona ipsa alienauit : vobisq; domine iudex supplico,vt ipsum ad hoc per diffinitiuam sententiam condemnetis.Extollit autem se Io.de Blana.his actionibus,dicẽs illa se plenius Ros. tractasse.& aliqua in ipsius libellis merito reprehensa.

c ¶ Reuocare.Supple nullo pretio per eum restituto.si tamen apud alienãtem essent numi:ad iudicis officium pertineret, vt faceret illos reddi.ff.de his quæ in frau.cred.l.si debitor.& l.se q.

d ¶ Ipso P.emptore secundùm Io.de Bla.quare j.dicam, j.videbis.

e ¶ Cum fructibus.Hic oppone, & solue vt dixi s̃.ne sede vacan.super j. libello.

dic contra: quia tantùm est dicere, quantum quòd pro secundo decapitetur. non enim fit condemnatio in secundo de primo: sed qualitas personæ cohærens auget pœnam. Sic dicitur C. de episcopali audientia. l. iij. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. grassatores. & l. si diutino. Nō obstat dictū Vberti. nā hęc pœna succedit loco debiti, vnde pro primo anno satisfactū est. Idē dico, si accusatio pro primo homicidio nō possit fieri, quia fit præscriptum: tamen in numero computatur: quia præscriptio nō debitum, factum nec qualitatem, vel maculam abstergit, sed iustitiam fieri impedit. ff. de iureiurando. l. sed si vnus. §. si ante. Bald. ¶ An vna præscriptione tollatur annua pensio? tenet Azo quòd sic: quia ista est diuisio præstationis, nō causæ, vel debiti. Nam præscriptio elidit causam primam in radice. Vnde quicquid ex ea sequitur, elisum est: nec repeti actio, nec recitari dicitur. C. de annali exceptione. l. finali, §. finali. Vide quod habes C. de vsuris. l. eos. in princip. sed illud est ratione accessorij, cui derogatur, si in principio præscribitur. Item vide quod notatur C. de præscript. xxx. annorum. l. malè agitur. & l. comperit. argumen. contra. ff. de stipulatio. seruo. l. si seruus cōmunis Męui §. finali. versiculo xlj. G. Vide suprà de positioni. §. ponit colonus. versiculo, attende tamen. ¶ Si debens pro censu quolibet anno decē soluit quinq; per xl. annos, an præscripserit? Respon. non præscribit rei. Sed an canoni? dic referre an soluit quinq; vt partem decem. & non præscribit. an simpliciter: & tunc sic. ff. quibus modis vsusfruct. ammittatur. l. is, qui. versic. xij. ¶ Emphyteuta per mille annos non soluendo, non præscribit rem, si vt emphyteuta tenet. quod præsumitur: quia non debet, nec potest sibi mutare causam, id est titulum, & qualitatem possessionis. Si autem possessio interuenerit: tunc alia ratione de iure canonico non præscribit, quia est mala fidei, sed de iure ciuili præscribit: vt l. malè agitur. G. de præscript. xxx. annorum. in glos. ordina. versi. xliij. G. Vide suprà, eodem. §. emphyteuta esse, &c. j. eodem. §. vtrum emphyteuta. in fine. &. ŝ. depositi. §. pono me possedisse per colonum. & §. pono quòd Titius. & §. sequenti. ¶ Emphyteuta gaudet bene casus prosperi, vt alluuionis, vel fertilitatis. Sed nūquid pro isto augmento aliquid præstare tenetur? Dixit Azo quòd sic, pro insolito incremento opere, vel alio: de quo debuit cogitari. Ideo tenet Cy. quia ratione soliti non fit remissio, nec augmentum: sed ratione insoliti. De hoc est glos. aurea ff. locati. l. si merces. §. vis maior. in glos. magna, in fin. quæ ponit hanc doctrinam. Bald. ¶ Inimicitia priuati conductoris locatori nocere non debet. ff. locati. l. si merces. §. culpæ. sed inimicitia publica sic. eadem l. §. vis maior. nam omnes tangit publicum damnum & iniuria publica. Bald. ¶ An emphyteusis, vel feudum possit confiscari: facit quod nota. C. vnde vi. l. si quis in tātam. & ff. de damno infecto. si finita. §. si qua. Item in iuribus inseparabilibus à persona vera translatio fieri non potest ff. de nouatio. l. si vsusfructus. hinc est quòd maiore capitis diminutiōe vsusfructus non confiscatur, sed intercidit. ff. de vsufructu. l. corruptionem. Vide infrà de feud. §. an feudum. Et quid de legitima, vide infrà de donatio. §. penulti. in fin. & suprà, eodem. versi. an emphyteusis confiscetur. ¶ Emphyteuta acquirit vtile dominium, quod subalternatur directo: &, vt sic dixerim, reddetur simile in feudatario. Item habet naturalem possessionem: sed dominus habet directum dominium & ciuilem possessionem: & hæc ciuilis possessio emphyteusi finita associat sibi naturalem: id est, dat facultatem domino intrandi propria authoritate. ff. de acquirenda possessione. l. naturaliter. §. nihil commune scilicet si emphyteuta nō neget se emphyteutam. secus si neget vel alij vendiderit. ff. de vi & vi arma. l. cùm fundum. ff. soluto matrimonio. l. dotis. versi. xlv. xlvj. & xlviij. vbi omnino vide. C. de pigno. l. iij. per Barto. Et ita videtur intelligi suprà, titulo proximo. §. emptor possessionis. ¶ Si emphyteuta cecidit ab emphyteusi in agendo contra tertium, an ille tertius possit sibi hoc opponere? Et videtur quòd sic: quia ipso iure cecidit ab emphyteusi. Ad hoc facit quod nota. ff. de cōdic. indebiti. l. indebiti. §. si nummi. In contrarium, quia nisi dominus opponat, nemo potest opponere. ff. de iniusto testamento. l. filio. & est glo. ordina. in l. ij. ff. si ager vectiga. & facit quod nota. in simili. ff. fami. erciscunde. l. his consequenter. §. primo. Sed ibi in priuatione, quæ desiderat sententiam hominis: non in annullatione legali. ff. ad Syllania. l. necessitate. §. nō aliàs. Dicunt quidam, quòd emphyteuta potest agere: quia non cadit à iure suo nisi per sententiam, quæ non potest ferri, nisi domino petente. sed verius est quòd iure cadit: quia ius emphyteuticum non est ius perpetuum, sed caducum præsertim finita persona seu generatione. Nam in istis iuribus inseparabilibus à persona, vera transmissio fieri non potest. ff. de nouatio. l. si vsusfructus. Item interdum lex apponit verbum, quod est nota priuationis sub tempore præterito, interdum sub præsenti, interdum sub futuro. Primo & secundo casu priuatio fit ipso iure. est enim canon latæ sententiæ. Tertiò casu fit per sententiam: vt not. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. sed hic loquitur lex per verba præsentis temporis. Sic nota. ff. de capitis diminutio. l. amissione. §. primo. licet tamen cadat ipso iure ab emphyteusi, non tamen à possessione naturali: vt not. ff. pro socio. l. cùm duobus. §. idē respondit. Dico tamen quòd cadit à iure suo, respectu domini, non respectu tertij: & ideo tertius non habet ius opponendi de non soluto canone. Sed de generatione finita, puto quòd possit opponere: quia quod naturaliter fit, omnibus prodest: quorum interest. argumentum ff. de vsufruct. l. naturaliter. argumen. contra. ff. de seruitu. l. iij. in principio. Sed respōdeo per l. foramen. §. finali. ff. de seruitu. rustico prædio. quandoq; etiam quod ciuiliter fit, omnibus prodest, quorum interest. ff. de inofficio. testamento. l. posterum. §. si quis Bald. versi. xlvij. G. Vide infrà, eodem. §. exceptionem canonis. & suprà, depositi. §. positio esse debet. & suprà, eodem. §. emphyteuta cadit. ¶ Si dominus non vult propria authoritate colonum vel emphyteutam expellere, sed per iudicem: an iudex de plano dabit licentiā viso instrumento: an erit necessarius libellus? Dic quòd de plano, si constat per instrumentum aliàs per libellum. versiculo xlix. G. Sed videtur quòd per libellum tantùm. C. de interdictis. l. prima. & ibi vide Gynum. & quod notatur in l. prima per Bartolum & per Dynum Institu. de interdict. §. retinēdę. Glo. in l. interdicti. ff. vti possidetis. & C. vnde vi. l. meminerint. Institu. de liber. §. vltimo. Primum videtur defendi iure possessionis ciuilis, officio iudicis implorato. argumentum ff. de officio proconsul. l. prima. & de officio præsidis. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. ne vis fiat ei. l. si quis missum. Baldus. ¶ Quis preferatur in vendicando an ecclesia, an emphyteuta? versiculo secundo. G. ff. de vsuris. l. cuiuscunq; §. primo. Isti agunt diuerso iure ad diuersa: ideo ius suum vnicuiq; reddi debet. & hæc vtilis & directa se compatiuntur in origine & executione. Sed si tamen non compatiātur se, dic vt ff. de noua. l. iij. cùm simili. scilicet in personali. In reali dic vt l. si quis emptionis. G. Iacobus dicit. Aut vtilis oritur ex eadem causa cùm directa, aut ex diuersa, aut ex contraria. C. de præscriptione xxx. annorum. l. si quis emptionis. & ibi Iacobus Butriga. Baldus. ¶ An quis soluendo censum rei suæ intelligatur rem suam tradere ecclesiæ & donare ita quòd licet ecclesia non habeat instrumentum, qualiter in emphyteusim concesserit: tamen sufficiat ecclesiæ hoc, scilicet longo tempore censum recepisse. Et dixit Hug. quòd præsumitur donatio. C. de donatio. l. cēsualis. Item prę sumitur traditio. C. de donatio. l. quisquis. licet ecclesia acquirat dominium sine traditione. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. finali sed illa loquitur in titulo vero, non in titulo præsumpto. De hoc in versicu. lij. G. Bartolus tenet pro ecclesia. C. de iuris & facti ignorantia. l. cùm falsa, per Bartolum. Ego dico, quòd aut liquet de proprietate soluentis: & tunc non nocet sibi soluisse censum: quia præsumitur errasse in dominio. Aut non liquet: & tunc præsumitur pro ecclesia. ff. de vsuris. l. cùm de in rem verso. vbi de hoc Bal. in feudo. vide infra de feud. §. si rem meam. vide suprà, de restitutione spoliato. §. an patientia. & infrà §. nota quòd in certa. vide suprà de confessis. §. an confessio facta. ¶ Si teneo rem alienam, & pro ea soluo censum ecclesiæ: an præscribam ita quòd non soluto canone ecclesia possit vendicare? Videtur quòd sic: quia respectu ecclesiæ possedi. ff. de condictione indebiti. l. indebitum. §. finali. ff. de donatio. causa mortis. l. si alienam. versiculo lij. & liij. G. Non tamen dominus possidet per emphyteutam, sicut nec per fructuarium. ff. vsufructa. quemadmodum caue. l. prima. in fine. vbi de hoc licet contra nota. in l. si quis intantam. C. vnde vi. vide suprà versicu. xlvj. G. ¶ Quot modis probet ecclesia se dominam, agendo contra non emphyteutam versiculo. lxvj. & lxvij. G. Vide omnino infrà, eodem. §. dominus potest. ¶ Ecclesia non habet Publicianam ex solo titulo, sine traditione versiculo lvij. G. Et vide ff. de damno infecto. l. si finita. §. si de vectigalibus. per Dynum. quod est verum volendo inchoare originem Publicianæ in se, sed ex publiciana actoris succedit sola vsucapiendi conditio sine traditione, vt innuit glo. ff. de publicia. l. si autem. §. si duobus. Simile in legato rei alienæ. ff. de public. l. sed & aliena. & l. cùm sponsus. §. is, cui. & in hypothecaria. ff. de pigno. l. si ab eodem. Baldus. Vide de titulo præsumpto suprà, §. an quis soluendo. & infra, eodem. §. emphyteuta non habet. in fine tituli. ¶ Nota quòd incerta chartula ecclesiæ, quæ non exprimit possessiones & loca, nihil probat. versiculo lix. vbi de hoc plenissimè, & versicu. lvij. G. præsumitur tamen ex comparatione census magis, vel minus. argumentum. ff. de minori. lega. l. finali. §. cui dulcia. de rebus dubijs. l. prima. G. Vide in l. si fic. ff. de legatis primo per Dynum. ¶ Emphyteuta cogitur declarare rem, pro qua soluit. versiculo lx. G. argumentum C. de transactio. l. age cùm Gemiano. Item si habet chartulam concessionis vel renouationis, tenetur eam producere. ff. de actio. empti. l. Titius. C. ad legem Falcidiam. l. si prædiorum. Nam talis chartula communis videtur: quia commune commodum & communem vtilitatem continet: vt nota. ff. de eden. l. prætor. §. primo. & iudex non debet pati quòd veritas occultetur. ff. de falsis. l. j. §. primo. Et si dicatur, istud non esse verum: quia editio instrumentorum rei, non debet fieri actori ad intentionem fundandam. vt C. de edendo. l. prima. & l. qui accusare. & l. finali. Respondeo, illud est verum ad fundandam originem petitionis, sed hic origo petitionis est directum dominium, quod non potest negari. C. de agricolis & censitis. l. litibus. Ille ergo, qui rem alienam possidet, debet docere: quo iure possidet: aliter potest expelli, saltem per iudicem. C. de probatio. l. siue possidetis. Et si dicatur, quòd dominus accipiendo censum videtur confiteri eum esse emphyteutam. ff. de vsuris. l. cùm de in rem verso. Respondeo quòd verum est pro tempore præterito. Et si dicat dominus replicando, quòd emphyteusis sit finita: ad istam replicationem debet fieri editio. Facit ff. de probatio. l. census. ff. ad legem Falcidiam. l. maritus. §. finali. Multùm ergo prodest habere fundamentum: & hac ratione instrumentorum rei fit editio. C. de discuss. l. ne casu. imò fit instrumentum de nouo. C. de liber. causa. sicut data. nam intentio rei est fundata sola negatione à principio. C. de exceptionibus. l. si quidem. & de probationib⁹. l. quinquaginta. Bald. Quod tamen dixit G. suprà in princip. versic. præsumitur videlicet ex quantitate solutionis præsumi qualitatem rei: est verum de quātitate, ex qua hoc colligi possit: vt no. ff. de superfi. l. j. §. j. puta ex simplo, vl ex quin

quagesima

quagesima,quæ datur nomine renouationis:non autem ex vno nummo, qui datur annuatim.ff. de acquiren.possessio.l.si quis ante.versicu.lxvij. G.An verò dominus ipse teneatur ostendere chartam emphyteutæ.versicu.lxiij.vide supra eodem.§ an quis soluendo.& infra eodem §.an sit reficiendus.¶Si emphyteuta negauit rem esse ecclesiæ,& conuictus velit se tueri prætextu emphyteusis,non potest:quia negando interuertit possessionem:& tanquam malè vtens re debet expelli.versiculo lxv.G.Item in feudo:quia feudum domini beneficio conceditur,& beneficium inficianti non datur.ff.de interroga. actio.l.non alienum.nisi re integra pœniteat negationis factæ:vt not.Institu.de actio.§.item mista.& ibi gloss. ordina. & facit quod not.in authent.de trien.& semis.§.penulti.C.de fide instrumen.l.iij.extra de fide instrumen.c.G.perpetuus.per Innocen. vide infrà de re iudica.§.quod in possessorio.& infrà eodem.§. negatio. & suprà de exceptio.§. quando quis negat.¶Exceptionem canonis non soluti non potest opponere tertia persona.versicu. lxv. & lxvij.G. ¶Emphyteusis ecclesiæ non transit ad filios naturales. versicu.lxvj.etiam si legitimentur, vt x.colla. si de feudo fuerit controuersi. §.naturales.vide ff.ad Trebel.l. ex facto.§. si quis.per Barto.l.j.ff.ad munici. ¶Si emphyteusis est concessa duobus fratribus tali pacto,quòd post mortem eorum ad ecclesiam reuertatur: vno mortuo pars eius fratri accrescit,non ecclesiæ. versiculo lxix.G. argumentum ff. de hæredi.instituen.l. Lucius. Et istud ius accrescendi trahit secum suum effectum sine noua possessione.ff. de hæredi.instituẽ.l.liber homo.§.Titius.versiculo lxx.G.Vide infrà eodem.§. vnus. ¶Si duobus pro indiuiso res conceditur: vno non soluente, tota reuertitur ad ecclesiam.versiculo lxx.G.& versiculo.lxxij.ff. de contrahenda emptione.l. fistulas.§.qui fundum. ¶Quidam vendidit mihi rem, dicens quòd proprietas erat ecclesiæ,& quòd ab ea debeam renouare:an per hæc verba quæratur ius ecclesiæ,si antè nullum ius habebat? Respondeo quòd non. versiculo lxxiij. G.argumentum ff.de arbitris.l. arbiter intra.Bald. ¶Si vnus emphyteuta efficitur proprietarius suæ partis, an perdat ius accrescendi in parte socij? Respõdeo quòd non: licet sit mutata qualitas dominij, quod est nota. argumentum ff. de hæredibus instituendis.l.iij.§. qui fideicommissum.versiculo lxxv.G.Vide suprà §. emphyteusis.& infrà eodem.si quis accidit. & §.sequen.& versiculo de materia iuris accrescendi. ¶Quid si ecclesia concesit filijs omnia, quæ patri concessa fuerãt? Respondeo omnia præsumuntur emphyteutica.versiculo lxxvij.G.com munia prædiorum.l.in tradendis.in principio.Sed ego credo quòd ecclesia debeat probare:quia eadem incertitudo est in termino referendi, qui est in termino ad quem fit relatio.ff.de conditio. & demonstratio.l.in testamento.laj.Item probatio ecclesiæ debet esse certa & clara.extra de probatio.c.in præsentia. cum simi. Bald. Sed quid de eo qui recognouit animo donandi omnia bona sua in emphyteusim ab ecclesia:an ista recognitio noceat filijs & successoribus in proprijs eorum bonis aliunde quæsitis? Et dic quòd non: quia bona hæredis non includuntur in generali recognitione defuncti.ff.de pignori.l.Paulus.& ff.de vulgari & pupillari substitutio.l.cohæredi.§.cùm filiæ. Nec fideicommissum.ff.de separa.bono.l.ij.§.sciendum.ff. de minori.l. ait prætor. §. penultimo. Bald. Et ideo in emphyteusi comitum de colle medio,non veniunt bona,quæ acquisierunt posteri donatorum.Bald. ¶An filius hæres institutus in re certa succedat in emphyteusi ecclesiæ pariter cum hærede vniuersali? Et videtur quòd non:quia feudum & emphyteusis non petitur ratione hæreditatis: vt not.ff. de petitio.hæreditatis. l. item videndum.in fine.in re incerta,sed in quota.ff. si pars hæredita.petatur.l.j. in principio.Item pater,qui certam rem filio assignauit, aliud videtur alteri commisisse,seu contulisse. ff.de lega. primo. quod in rerum.§.si quis.Sed potest pater gratificari vni filio de suo lucro. argumentum ff.de assig.libe.l.j. & de legatis.ij.l. vnum ex familia.Item pater in dubio videtur prouidere filio vt hæredi.ff. de pactis.l.si tibi.§.si penes.De hoc vide infrà versiculo lviij.G.Quidam distinguunt, aut pater accepit sub nomine appellatiuo filiorum:& tunc virilis fiat distributio.Aut sub nomine appellatiuo hæredum:& tunc hęres vniuersalis præferatur. De hoc in versiculo clxiij.per.G.Et vide in versiculo cxiij.G.C.de contrahenda & committenda stipulatione.l.ij. &.iij. Bald. ¶Negatio debet interpretari in meliorem partem.in Specu. de locat. §. nunc aliqua.versiculo.lxv.G.§.Consuetudo eligit primogenitum:& licitum est vnum eligere ex fratribus.versiculo nonò quæritur.G.¶Emphyteusis debet potius renouari posteris eius, qui quondam fuit emphyteuta,quàm alijs: & si aliter fit, committitur iniuria.ff.de aqua quotidiana & æstiua.l.prima.§. promittitur. & ibi Barto. dicens quòd propter hanc iniuriam poterit appellari.& allegat c.bonæ.de postula.prælato.& quod ibi nota.Quis effectus horum verborum? Respondeo,vt nota.in.l.si mihi à Titio. per Barto. ¶Emphyteuta non cadit à iure suo,si non soluit:cùm ideo non soluit: quia habebat exceptionem compensationis. versiculo lxxix. G. ¶Si nescitur, vtrum quis sit emphyteuta, an verus conductor: tamen potest expelli, si cessat per biennium. versiculo lxxx.G. ¶Si possessor soluit, & non verus emphyteuta,an prosit vero emphyteutæ. versiculo.lxxxj. G. Solutio.dic sufficere: quia possessor re ipsa gessit negotium emphyteutæ. Item quia vbi agitur de iure conseruando,non refert à quo fiat:vt nota.ff. de verborum obligationibus.l. cùm seruus. per Dyn.& Barto.& ad hoc facit ff.de pignori.l.lex vectigali.& ff. de vsufructu.l.arboribus.§.quid tamen.& ff.quemadmo. serui.amit.l.qui fundum. secundùm Azo.Bal.¶Emphyteuta non dicitur celeriter satisfacere,si expectat libellum,vel requisitionem.versi.lxxxiij.G.ff.de petitio.hæredi.l. item veniunt.§.idem.C.vnde vi.l.non ab re.Institu.de actio.§ item mista.Bal.¶An valeat pactum quod emphyteuta non soluendo,non cadat à iure suo.versi.lxxxvij.G.Dic quòd sic secundùm Odofre.G. ¶Nunquam emphyteuta habet ius alienandi, nisi saluo iure domini.versi.cx.C. ne rei do.vel templo.l.vniuersas.G.¶Dominus potest vendere ius suum emphyteuta non requisito,vel vasallo.versi.xciij.G.Vide glo.ff.de fideicommis.liberta.l.inuitus.Bald.¶Pactum,quòd emphyteuta possit vendere,intelligitur præmissa requisitione domini.versi.xciij.G.quia pactum intelligitur secundùm ius commune.quod est nota.G.Sed glossa in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautio.in fine magnæ glossæ.dicit quòd pactum semper debet aliquid operari. Vide ff.de damno. infecto.l.damni.per Iaco.¶Pactum personale appositum cum emphyteuta,non afficit secundum emptorem.ff.de legatis.iij.l.pater.§.xv.versi.xcvij.¶Dominus,qui dicit,volo emere:non est expectandus.secus si dicit, volo deliberare.versi.centesimo quæritur.C.ad Tertullia.l.filij.§.j.Bal. ¶Vtrum emphyteuta possit donare in dotem,dare,legare,testari in extraneum,& an debeatur laudum.versi.cvij.& versi.seq.& versi.cxv.G.Vide C.ne rei do.vel templo.l.vniuersas.& ibi per Bar.qui malè intellexit illam legem: quia ibi loquitur quando emphyteuta velit donare iure proprio,non iure emphyteutico.Et hoc sentit in glo.quæ loquitur de præscriptio.xxx. annorum.Nam hæc non probat contra creditorem.Si enim alienasset iure emphyteutico, emptor non præscriberet,etiam per mille annos: vt l. malè agitur.C.de præscrip.xxx.annorum.Vide suprà,eodem.§.debens. & infrà,eodem.§.emphyteuta possit.Baldus. ¶An emphyteuta possit suum beneficium alienare, non seruata forma legis vltimæ? Et dic quôd non,versi.cxix.G.¶An emphyteusis possit transferri ad ecclesiam.versi. cxvj.G.tenet quòd non.Facit quod nota.ff.de verb.obliga.l.si ita quis.§. ea lege.Si tamen emphyteuta ingreditur monasterium: tunc transit cum vniuersitate.versi.cxx.G.¶An filius fratris dicatur nepos,no.in cap.fundamenta.de electio.lib.vj.in Nouella.¶An emphyteuta possit permutare vel pignori obligare,vel ad non modicum tempus locare, vel alteri in emphyteusim dare,versi.cxxj.& tribus versicu.sequentibus.vel suprà, §. vtrum emphyteuta.& j.§.potest.Item an emphyteuta possit remdimittere inuito domino,versicu.cxxviij.G. ¶Qui tenetur emphyteutæ dare viam,an ea destructa teneatur dare aliam viam,versi.cxxx.H.¶An alluuio sit emphyteutæ,an thesaurus,versi.cxxxj.& versic.sequenti,ff.de rei vendicatio.l.à tutore.¶Valet pactum etiam contra naturam contractus, tamen in vno capitulo factum,ad aliud capitulum non extenditur. versi. cxxxij.vide suprà eodem.§.pactum.¶An sit reficiendum instrumentum perditum: & an emphyteuta teneatur edere domino.versi.cxl.& versi.sequenti.G.Vide s.eodem.§.nota quòd incerta.¶Porrò accrescens accrescit sine onere pignoris.ff.de pignori.l.lex vectigali.versi. cxliij.G. ¶Nepos ex filia bene continetur appellatione liberorum.C.de conditio. inser.l.j.sed non appellatione masculorum.versi.cxlvj. ¶Potest vnus ex liberis portionem suam dare cui vult ex illa prole.versicu.cxlvij. G. ¶Si quis accepit instrumentum emphyteusis pro se & vxore & liberis,vxor habet dimidiam,& vir aliam dimidiam.versi.cxlix.Nam liberi partem nõ faciunt viuis principalibus.G.Barto.dicit quòd ideo ibi habet locum ius accrescendi:quia intererat dantis & accipientis, quòd haberet locum ius accrescendi.Barto.Vide s.eodem.§.portio.& §.si vnus emphyteuta.& s.eodem.§.filius naturalis.in fi.tit.& j.§.proximo.¶Ius accrescendi vadit ad magis coniunctos,qui sunt de vna parte,non de alia.argumentum ff.de vulgari substitutio.l.cohæredi.§.qui discretos.versicu.cli.G. & adde quod notat Dyn.& Barto.ff.de verb.obli.l.si mihi & Titio.& nota quòd ius accrescendi habet locum in contractu emphyteutico ex impedita acquisitione à principio.ff.de contrahẽda emptione.l.fundus ille.& eorum resoluta acquisitione ex pòst facto.Nam in contractibus,in quibus habet locum natura caduci,habet locum ius accrescendi.ff.de vsufructu accrescendo.l.j.§.penulti.Hac ratione habet locum in donatione causa mortis,& in mortis causa capione.ff.de fideicommis.liber.l.Thais. §. Stichus seruus.C.de cadu.tollen.l.j.§.fina.Et attende:quia vbi emphyteusis sumpsit originem in vna persona, inter posteros habet locum postea ius accrescendi:quia mortis causa capio.& vt nota.in l.si mihi & Titio.per Barto.& j.de feud.§.quoniam.versi.xxxvj.per G.& quia illa verba, vsq; ad tertiam generationem,videtur repetere emphyteusim in persona superstitis.l.si cùm in annos.ff.quibus modis vsusfructus amittatur. Barto. ¶Sed quid si vni fratri in diuisione venit allodium,feudum,vel emphyteusis,vtrum post talem diuisionem habeat locum ius accrescendi? Et glo. innuit quòd ad proprietatem reuertatur.C.famil.erciscund.l.si familia.in glo.Nam nil tenenti de emphyteusi,nil accrescere potest: quia ius accrescendi fit rei.ff.de vulgari substitutione.l.ex facto.§. fina. argumentum contra.ff.de vsufru.l.si Titio.§.vsumfructum.Bal.¶Si recipi emphyteusim pro me,& filijs meis, an nomine filiorum contineatur monasterium, quod ingredior.versi.cliij.& versi.seq.G.Credo quòd non: quia in contractibus stricta interpretatio & propria fieri debet,non impropria.Bal. Nomine tertiæ generationis non includitur pronepos. Quid ergo si supereſt ex filio nepos,ex nepote alterius filij pronepos.in versi.clv.G.Respondeo pars defecta nepoti accrescit,Sed Barto.consuluit pronepotem

includi: quia est tertia generatio: & non computat stipitẽ ab eo: quia ipse non est generatio, sed generans: præsertim si verba dicunt vsq; in tertiam suam generationẽ. Computatur ergo stipes quo ad acquisitionẽ, sed non quo ad numerationẽ generationum, secundùm Bar. Sed Spec. dicit quòd idem est dicere, in tertiam generationẽ, quod in tertium gradum. Nam dinumeratio graduũ à stipite fieri debet. Et pro hoc in auẽ. de non alie. §. emphyteusim. per Bar to. Et facit, quia si charta diceret, vsq; in primam generationẽ: q̃ contineatur primus hæres: ergo stipes non computatur. Et si tu dicis non continetur primum hæredẽ: verborum significationẽ obtundis. Vide ſ. eod. §. ecclesia potelt. Baldus. ¶ Licet quis renunciet bonis paternis: non tamẽ renunciat emphyteusi, stipulatæ à patre liberis. C. de inof. testa. auẽ. vnde & si parens. vide ſ. eo. §. an filius hæres. ¶ Nec hæredes extranei illud habẽt in hac emphyteusi commercium: vt no. ff. solu. matri. l. etiam. in prin. versi. clviij. G. C. de ope. lib. l. liberti. per Cy. ff. de ope. lib. l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. per Bar. & facit quod no. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebellia. per Dy. & de verb, sig. l. in conuẽtionibus. per Dy. & de sepulcro violato. l. sepulcrũ. Bal. & vide ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. Stichus seruus meus. Bal. ¶ Si nescitur vtrum emphyteuta, qui per orbem vagari dicitur, viuat, vel non, quid iuris? G. versic. cliij. ff. loca. l. cùm domus. ¶ Emphyteuta non habet vtilem in rem ex solo titulo sine traditione: quia est cessionarius rei, non actionis. ff. de rei vend. l. si culpa. versi. clxij. G. Vide ſ. nota. versic. ecclesia non habet Publicianam. ¶ Dominus potest ab emphyteuta conducere detentionẽ, si dura sibi videtur dominij probatio. quod est nota. §. si numi. versic. clix. G. Vide ſ. eodem. §. quibus modis. ¶ Si tradita est emphyteusis pro me & Titio, acquiritur ius sine traditione eidem fienda: quia hoc habet propter me. versi. clviij. G. ¶ Filius naturalis non excludit ius substitutionis, vel accrescẽdi in emphyteusi ecclesiæ. versi. clxxij. G. quod bene not. Bald. vide ſ. eo. §. si quis accepit. quia emphyteuta habens ius in re, non potest expelli ab emptore proprietatis: secus in mero colono. versicu. clxviij. G. ¶ Si quis accepit emphyteusim pro se & nepotibus suis, vtrum contineatur filius fratris? Dic vt not. ff. de inoffic. testa. l. si iustus. §. de inofficioso. per Dynum. ¶ An ille, qui egit iure proprio, & succubuit, postea possit agere iure feudi, vel emphyteusis. C. de ingenu. manumiſ. l. penultima. Bald.

a *De rerum permutatione.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Instrumentum qualiter sit conficiendum, vbi res propria permutatur cum conditionata.
2 Permutans rem partim, & partim vendens, qualiter formabit instrumentum.
3 Ecclesia rem emphyteuticam permutans cum alia re emphyteutica, qualiter instrumẽtum conficiet.
4 Permutatio, an sit alienatio.
5 Permutatio & emphyteusis genera dicuntur alienationis.
6 Permutatio qualiter, & quando contrahi dicatur.

a *De rerum permutatione.* *Rubrica.*

¶ Ex practicis authoribus soli Ros. & Ioan. de Bla. tractauerunt hanc materiam, vterq; sub rubrica de actio. præscrip. verbis ex permutatione. primus inter ciuiles, secundus sui operis char. penul. Mar. de Fano in membro xxj. posuit vnum instrumẽtum & duos libellos, & de quibus j. sub hac rubrica. in compilatione Greg. nouem decretales habemus, quarum tres, scilicet v. vij. viij. de permutatione beneficiorum loquuntur. iura verò sexti & Cle. solùm de tali permutatione tractauerunt. De hac autem parum curauit author. In primo enim. §. vbi ponit instrumẽtorum formas, de illa nullam dat formam. In secundo §. vbi ponit libellos, vnicum libellum ponit, & in princ. vbi prosequitur de hoc mẽbro. Item cùm illa materia duobus abundet, de illis nullum tangit. Primum autẽ & tertium prosequẽdo, de primo videndum est quod scripsi eod. titu. quæsitum. super verbo, simoniæ. Nam cautũ est quòd ab Episcopo transferre volẽte personas incipiat contractus. sed, vt ibi etiam dixi, no. in cle. eo. tit. super verbo, volẽtibus. etiam ab ipsis incipere potest tractatus. quod approbat cõsuetudo, cui etiam iura noua fauẽt. Item forma illa, quòd ab episcopo incipiat, non bene practicatur in beneficijs diuersarum diœcesum, in quibus tamẽ procedit permutatio: vt no. eo. ti. c. vno lib. vj. in gl. quid si. vbi vnus est episcopus, siue quia in sua diœcesi sint beneficia, siue in diuersis: sed alter sibi commisit, diuersimode potuerunt instrumẽta formari, vt scilicet in proprio dicatur, quòd cùm ipse episcopus aliàs requisierit. A. rectorẽ vel canonicum sancti Ioannis, & B. rectorẽ, vel canonicum sancti Bartholomæi, vt translationi & permutationi, quam de ipsis inuicem propter talem causam intẽdebat facere, consentire deberẽt, declarando scilicet quòd A. ad ecclesiam sancti Bartho. & B. ad ecclesiam sancti Ioan. transferri deberẽt. & prædicti A. & B. huic translationi fiẽdæ consenserunt, & de nouo consentiant: & ob hanc causam coram ipso domino Episcopo conuenerũt tales, scilicet collatores, electores seu præsentatores: qui requisiti responderunt sibi translationẽ & permutationẽ talem placere: ipseque. A. in manibus ipsius domini episcopi renunciauerit permutationi prædictæ causa rectoriæ vel canoniæ sancti Ioannis. & dictus B. eadẽ causa renunciauit rectoriæ vel canoniæ sancti Bartho. ipse dominus episcopus renunciationes ipsas acceptans Christi nomine inuocato, de consensu talis ibidẽ præsentis, contulit prædictam ecclesiam sancti Bartho. dicto A. & ipsum de dicta rectoria vel canonicatu per annulum inuestiuit, statimque de cõsensu talis canonicatum sancti Ioan. contulit, &c. vt ſ. Isto modo transit permutatio cum vnico instrumẽto. & eo fortius quando ad episcopum spectaret collatio vtriusq;. Sed communiter fiunt plura instrumẽta, scilicet quia quisq; habet suum instrumẽtum de consensu suorum præsentantium vel eligẽtium. & quandoq; sunt plura vel multa instrumẽta de hoc, quãdoq; plures sunt tales, vt singuli & simul haberi non possunt. vel sunt vt collegium, & maior pars collegialiter consentit, alij ratificant. Itẽ si vnus episcopus cõmittit alteri, vel ambo alicui tertio: de his oportet haberi instrumẽta. Itẽ seruant multi episcopi morẽ curiæ, faciẽtes duo instrumẽta eiusdem tenoris vsq; ad actum collationis, in quorum vno ponitur solùm collatio facta vni: in reliquo collatio facta alteri. sic enim facit curia, quæ dat etiam diuersos executores, si diuersi petunt permutari. & licet daret eosdẽ, nihilò minus duplicat literas, vt prædixi. Posset etiam, vt ſ. dixi, inchoari instrumẽtum à partibus petẽtibus ab episcopo permutari, expressis causis respiciẽtibus vtilitatẽ ecclesiarum, vel personam, vel vtraq;. Et per prædicta sit de instrumẽtis permutationum beneficialẽ, quæ author omiserat, expeditum. ¶ Patet etiam expeditum, posse simul permutari beneficia diuersorũ episcopatuum. Item per episcopos permutari posse personas etiam in beneficijs, quæ conferre non habẽt. de his in præ. glo. quid si. vbi no. quòd interuenire debet consensus illorum, ad quos spectabat prouisio. ¶ Ibi etiam super glo. dixi an requiratur consensus omnium, an sufficiat cõsentire partẽ maiorẽ. Super eadem etiam glo. scripsi. & nota. in clemẽ. eo. titu. c. vno. in glo. penultima. Inferiores ab episcopis permutationibus authorizare non posse. ¶ Itẽ an numero canonicorum restricto ex iusta causa & iurato, permutatio possit fieri de excessu. Itẽ de dignitate vel personatu extinctis post primam vacationẽ. Et teneo quòd nõ, & per id quod intẽdo includere ecclesias vnitas adhuc viuẽtibus rectoribus. de quo dixi ſ. super rubrica, de præbẽ. ad finẽ quæstionis, quæ incipit, proponitur quæstio. Itẽ an actus permutationis recipiat interuallum, an habeat fieri in instanti. ibi consulo quòd in instanti. Itẽ quid si sine vtriusq; culpa, non tenet permutatio. Itẽ quid si ex culpa alterius tantùm. Itẽ ibi super glo. pone, tractatur an solus excessus beneficiorum, quia alterum pingue alterum tenue, probet fraudẽ expectantis. Dico quòd ex circunstantijs iudicatur. Itẽ ibi in textu tractaui, quòd nõ est permutatio, cùm beneficium meum renũcio tibi, vt tuum des nepoti meo, vel amico. Non obstat decreta. cùm vniuersorum. eo. titu. quia tractatus permutationis erat de proprijs, vt ibi dicit tex. Itẽ quòd non habens ius in beneficio, quod dimittit, nec habebit in permutato. Idẽ quòd duo expectantes, vel alter tantùm non permutant. Itẽ quòd possunt duo beneficia permutari pro vno. Itẽ ibi scripsi de præstimonijs, an cum beneficio permutẽtur. Itẽ de hospitalibus nota. in clemẽ. eod. titu. c. vno. in iij. glo. Itẽ an capitulum cathedralis ecclesiæ vacantis possit permutare: ibi nota. in glo. penulti. Occurrit & noua quæstio de illo, qui habẽs parochialẽ ecclesiam. xj. mẽse anni fortè non promotus etiam in subdiaconum, permutauit aliàs licitè cum alia parochiali: de qua secunda idẽ fecit etiam ante finẽ anni secundi, scilicet permutando illam pro tertia. & vt fortificetur quæstio hãc tertiam permutauit intra tertium annum pro quarta: quæritur an permutationes illæ valuerint: cùm in his sit patens fraus, per quam toto vitæ suæ tẽpore posset iste tenere vnã parochialẽ ecclesiam sine sacerdotio, & eius dispẽsatione. Et certum est q̃ in foro conscientiæ tenetur, si hoc fecit fraudulẽter. de simo. Matthæus. & c. ex tuæ. & de electio. commissa. lib. vj. §. penultimo & vltimo. & hoc maximè cùm certum erit ipsum tẽpore permutationis primæ necessariò, vel quasi futurum esse priuatum, vt quòd eo tẽpore non supererant tẽpora, quibus posset intra annum ordinari. licet fatear, quòd per hanc certitudinẽ priuatus non est ante finẽ anni, vt ibi notatur: vt in præalle. decreta. cõmissa. in quinta glo. Circa quod tamẽ omnino vide quod scripsi in decretali, cùm ex eo. super glossa, si iam. scilicet non posse Episcopum dispẽsare cum subdiacono, si intra annum à cõmisso regimine non occurrit dies ordinationis. Et hac ratione, quia nondum vacat, potuit in permutationẽ venire. sicut & is, quẽ constat per sentẽtiam hominis priuandum, potest cedere: & per cessionẽ tunc vacabit. de simo. per tuas. primo. in fine. facit de electione. dudum. ij. in fine. Probatur idẽ ff. de rei vendi. l. non ideo. & de noxali. si quis seruum. fami. ercis. l. & post. §. j. Itẽ fateri oportet q̃ talis vacationum pluralitas non concludit necessariò vitium, vel fraudẽ: quia omni vitio cessante, potuit quid nouum in singulis apparere: quia fecit secundam & vlteriores gratias ob abundantiam redituum, vicinią patrimonij, vel consanguineorum, amœnitatẽ loci, salubritatẽ aeris, & similia. Facit xxij. dist. c. communis. lxxiiij. distin. c. quorundam. xvj. q. j. & tẽporis. hoc eo. ti. ad quæstiones. ff. de leg. j. & si æquo pretio. & de leg. ij. si cui fundus. & ibi concor. His tamẽ cessantibus constat q̃ voluntates hominum sunt diuersæ. de concess. præb. quia diuersitatẽ. vbi concor. in glo. j. & facilè nos pœnitet eius, quod fecimus, de iure patro. cùm laici. vbi concor. in prima glo. & hoc etiam in arduis. de procu. c. fi. in fi. lib. vj. Et nõ debet fraus præsumi in eo, quod iure permittẽte fiebat nec debet dolus attribui ei, quod

In hoc

fit iuris authoritate.xiij.q.v.dicit.xxiij.q.iij.qui peccat.ff.de reg.iu.nemo damnum. Adhuc quæritur, an fit licita permutatio duarum ecclesiarum: cùm prælatus vnius deducit in pactum, ꝙ alter debita ecclesiæ, quam recipit, soluere teneatur: si dicas quid interest istius, fortè creditores sunt eius consanguinei vel amici, & non vult eis resisti. & videtur ꝙ sic, ex quo ponitur esse debita ecclesiæ: cùm sine pacto ad id teneretur: & sic nil dederit, vbi ecclesia sit soluēdo. & subintellecta possunt deduci in pactū, iuxta no. de elec. significasti. a cū suis remis. Nec pōt cupiditas adscribi recipiēti promissum, qui nil percipit. Solu. recitat Bar. īueniri q.xxxvj. Tancre. tenuisse hanc conditionē es se illicitā, do tibi ecclesiā, si debita eius soluas. Et hoc puto verum præcisè, si prius obligatio reciperetur ab ipso de soluendo. Idem quando hoc in concessione ageretur, quòd desineret esse rector non soluendo. Idem si cùm fortè de reditibus thesaurizatis non possent solui intra triēnium, paciscitur quòd soluat intra tres mēses. Est enim hæc quædā mercatio in spiritualibus non licita, & paciscēti onerosa, contra decre. vlti mam. de pac. cum concor. primæ glo. Sic dixi in permutando, vt dixi in cōferēdo. Fateor tamē quòd bene fieri potest permutatio expressa, quod quisq; permutantium habeat commoda, honores & iura ecclesiæ, quam recipit, & onera sustineat. Et si fuerunt notificata debita, bene quidem. & si non, imputet sibi, qui non inquisiuit: nec sic facilè reuocatur beneficiorū permutatio, cuius fundatur virtus ex authoritate superioris: sicut permutatio aliarum rerum tota pendens à consensu & verbis contrahentium. Fuerunt etiam hic quæstiones disputatæ de hac materia. & sit prima, de qua scripsi de consue. c. fina. lib. vj. in princip. scilicet disputata per dominum Guidonē, & demum per dominum Azonem, quæ fuit: an consuetudo de optandis præbendis vacantibus, locum habeat in permutatis. Et tenuerunt quòd sic de rigore: quia verum est illas vacauisse, & habebit permutans præbendam, quæ remanebit non optata, sicut prouisus. Fatetur æquitatem esse contrariam. aliqui contra per clemen. vnicam, eodem titu. ad quem quomodo responderi possit, scripsi vbi suprà. ¶ Sed prædicti tenentes contrarium, dicunt quòd hoc mandat Papa cum clausula, conferri certam, non autē alteri non debitam: vt in præ. decr. vlti. Sed ista responsio non valet in Papa: quia propter renunciationem factam in curia cessat optio papa conferente: vt ibi. §. j. Procedit ergo dubium in permutatione facta per ordinarium, qui tamen consuetudini, dato quòd vellet, preiudicare non posset. ergo vt suprà. Item in illis obstat decr. quamuis. de rescri. libro vj. & hoc tripliciter: quia ibi non est clausula, alteri non debitam. Item restitutio fiebat ad certam gratiam. Item sicut ibi restitutio, & hic permutatio sine præiudicio iuris alicuius procedere debet: imò fortius ista, quàm illa, per ibi nota. in principio primæ glossæ. Item dicunt secundi, quòd mens Clementinæ est non solùm quòd non conferantur alijs, sed quod conferantur illis. Quod sonat tex. qui non vult illis illudi. Et si dicatur, non illuditur habenti præbendam non optatam: respondet quòd non renunciauit, vt haberet illam. & sic illuditur. Item posset non optata habere onus, cui ille esset inhabilis. Sed parum valent hæc verba: quia voluntariè permutabat; & id præuidere debuit: & id euenire posse debuit cogitare. de homici. is qui. lib. vj. cum concord. ff. loca. l. si quis domum. §. primo. & l. item quæritur. §. si fullo. ex quibus causis maio. l. fina, §. si feriæ. Habuit ergo remedium abstinendi. Item eundi ad papam. Item habendi consensum canonicorum de non optando. Item protestandi, si admitteretur optio, quòd non procederet permutatio: sed redintegraretur status vtriusque. Et hoc præcipuè procederet, vbi capitulum haberet conferre: & sic permutationi non consentire: vt not. eodem titu. c. vno. lib. vj. Item quid dicent tenentes contrarium, si præbenda, quam probabiliter putabat pinguem, reperitur tenuis? Item quid dicent in casū, de quo scripsi in prædicta decre. vlti. de consue. super gloss. non vacantes. si permutatio fieret in fine Martij & calen. Aprilis ante possessionem apprehensam, vel post finitum illud decendium, quo præbendæ reduci debent in commune. si fateantur illam consuetudinem non impediri: quare istam impediāt? Constat etiam mihi, in ecclesia Bono. quòd est consuetudo talis, & in certis alijs, multas per tempora permutationes omissas per beneficium optionis. ¶ Expeditis beneficialibus de quæstione, an vxor permutare possit fundum dotalem, & maximè cum viro? Vide j. de dona. inter virum & vxo. §. vlti. versi. sed quæritur vtrum. & versic. seq. cum sua remis. An quod proximiori licebat in venditione, liceat in permutatione, vide ś. de emptio. & venditio. §. nunc dicendum. versi. sed pone statutum. an soluendum pro re vendita, debeatur pro permutata. ibi scripsi.

¶ Est etiam sciendum quòd Oldra. Paduæ, & Iac. But. Bononiæ disputauerunt eandē quæstionē, quæ fuit de statuto ciuitatis prohibente omnē alienationē rei immobilis inter viuos de ciue in forēsem. ciuis in testamento iussit rem suam immobilem permutari cum forēsi: quærebat Iaco. an hæc permutatio dicatur statuto prohibita. Old. addebat testamentum non fuisse solenne: & hæredem pariisse permutando & tradēdo. quærebat an duplici pœnæ statuti condemnantis alienantem & cōfiscantis rem, locus esset. Prima incipit, statuto cauetur, quòd nulla. Secunda: statutum est Paduæ, quòd nullus. & prima prolixius attingit nostram materiā ꝙ secūda. ¶ Est autē quæstionis dubium: quia per hæredē inuentum, & testatori parentē, facta fuit permutatio. & sic fuit contractus inter viuos. Si enim simpliciter rem legasset, nō esset quæstio. Iacobus ponderat, quòd dispositio vltimæ voluntatis de re permutāda, impedit rem permutari, & rem tradi, & omnē consequentiam ad contractum permutationis. ff. de acti. empt. l. si hæres. Secundò ponderat ꝙ legatū per se, & permutatio per se, sunt habiles ad dominium transferēdum. De prima patet ff. de leg. j. l. seruum filij. §. j. De secunda patet ff. de rerum permutatione. l. j. & sic habet ex primo, rectè agi posse ex testamēto: vt ex ea causa tradatur: vt l. præ. si hæres. Ex secundo habet quòd cùm sit causa habilis ad dominium transferendum traditione sequuta, ex ea causa sequatur alienatio, & dominium transferatur. C. de pac. l. traditionibus. & sic prohibitioni non est locus. Old. etiam in suis terminis scilicet testamenti non solennis, idem tenuit, præmittens certum esse relictum in testamēto, & non includi statuto, quod prohibet alienationē inter viuos. Sed probato quòd rei in non solenni testamento relictæ traditio & possessio ex testamēto proficiscitur, habetur intētum. Id autem sic probatur: Rei pro legato possessio proficiscitur ex testamēto. ff. pro legato. l. nemo potest. Sed res in non solenni testamento relicta & ex eo tradita, dicitur pro legato possideri, vel vsucapi. cod. titu. l. fina. ergo ex testamento proficiscitur: & sic non cadit in statutum. Induxit ad idem duas leges. ff. de rebus eorum, qui sub tutore vel curatore. l. fina. & de fideitom. lib. l. testamento. vbi quæritur, an ex causa fideicommissi manumissa sit, quæ manumitti iussa est in testamento imperfecto. Et respondet eam rectè manumissam. Et sic dicendo respondet ad quæstionē, scilicet eam manumissam ex causa fideicommissi. Indeterminata enim respō sio, intelligēda est talis, qualis præcesserit interrogatio. ff. de inter. acti. l. si fine. §. qui interrogatus. Insti. de inutili stip. §. præterea. C. de diuersis rescriptis. l. j. Extat etiam quæstio Rich. quæ incipit, Titius multorum. quæ in hoc residet: Titius habens filiū & nepotē ex filio defuncto, habebat multa feudalia & allodia: ex quadam ordinatione, quam supponamus validā, illi post mortē patris habere debebant in feudis vterq; dimidiam: in allodijs patruus duas partes: nepos tertiam. sed per patrē fuit postea permutatum aliquid de feudalibus cum allodijs, quorum, quia loco sunt feudaliū, mortuo Titio, nepos vult habere dimidiam. tenet quòd habebit solùm tertiam: inducens quatuor leges, quæ probant ius, quod habetur in certa re non seruari in re, quæ habetur per illam legem. ff. de peculio. l. eo tēpore. ad finē. Secunda, ff. pro socio. l. socium. qui. Tertia, ff. de coniungen. cum emācipato liberis. l. j. §. nunc videamus. versi. nec quod nepotibus. Quarta, ff. de riuis. l. ij. fatetur quibusdam videri contrarium per l. cùm pater. §. hæreditatem. ij. ff. de lega. ij.

ADDE quare fuit inuenta permutatio, Cal. consi. j. Et an valeat permutatio, cùm est excessus in beneficijs: vide eundē consi. vj. de rerum permu. ¶ Et de permutante xj. mēse, vide Old. cuius fuit quæstio, eius consi. cciij. Et stante statuto quòd in forensem non possit alienari, an si testator iubeat rem permutari, id fieri possit, non obstante statuto? Vide Alex. in l. si tibi. ff. si certum petatur.

IN hoc titu. prius instrumēta formabimus. Secundo verò libellos cōcipiemus. ¶ †Si igitur res propria cum conditionata permutetur, sic instrumentum conficietur.

FORMA.[a] A. dedit, tradidit & permutauit iure proprio in perpetuū B. pro se suis ꝙ hæredibus recipiēti talē domum, in tali loco sitam, cuius confines, &c. ad habēdum, tenēdum &c. vt j. de dona. inter vi. & vxo. §. nunc de dote. in forma. A. dedit. vsq;, modo aliquo pertinēte. postea iunge, & hoc nominatim pro tali petia terræ vineatæ, sita in tali loco infra tales confines, &c. quam dictus B. dedit & permutauit iure emphyteuticæ conditionis, pēsionis & renouationis, debēdæ tali ecclesiæ, ipsi. A. in cambium, ad habēdum, tenēdum &c. vsq;, modo aliquo pertinēte: iunge, qui prædicti A. & B. videlicet quilibet eorum vicissim alterius nomine rē à se permutatam & datam cōstituit possidere: vsq; quo vnusquisq; eorum rei sibi permutatæ, & datæ in emphyteusim, possessionē acceperit corporalē. quam siquidem accipiēdi sua propria authoritate sibi omnimodā dedit licentiā & deinceps etiā retinendi: promittens vnus alteri adinuicē solennibus stipulationibus hinc inde interuenientibus litē vel controuersiam de re à se permutata alteri, vel eius hæredibus, nullo tēpore inferre nec inferēti cōsentire: sed vnusquisq; rē à se permutatā alteri, & eius hæredibus adinuicē ab omni homine ac vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & expedire: & prædictā permutationē & dationē & omnia & singula suprascripta perpetuò grata, rata & firma habere & tenere, nec contrafacere, vel venire per se vel per aliū aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub pœna centū lib. Tur. &c. vt præ. forma, vsq; in fi. Hæc forma probatur ff. de rerū permu. l. j. & ij. ¶ †Si verò res partim vendatur, & partim permutetur, sic instrumentum conficietur.

FORMA.[b] A. dedit, tradidit, & permutauit, & vendidit pro parte, videlicet permutans & pro parte vendens iure proprio in perpetuum B. pro se suisq; hæredibus recipienti talem petiam terræ pratiuæ sitam in tali loco, quam dixit & conuenit

a FORMA. xiij. Rolan. parte prima.

b FORMA. xiiij. Rolan. parte j.

decem iugera esse,eiusq; tales esse confines,&c.ad habendum &c.vt in præ.forma.vsq;,& hoc nominatim:iungé,pro tali domo in tali burgo,sita intra tales cõfines,&e.& pro decẽ lib.Tur.nomine aditionis siue melioratiõnis:quas decem lib.dictus A. cõfessus & contẽtus fuit se ab ipso B.habuisse & recepisse: exceptioni sibi non datæ ac non solutæ quãtitatis omnino renuncians: quam siquidẽ domum dictus B.dedit, tradidit & permutauit iure proprio,in perpetuũ eodẽ modo in cambiũ dicto A.pro se suisque hæredibus recipienti ad habendum &c.vt in præce.forma per omnia vsq; in fin. Hæc probantur in præ.cõcor.& C.eo.ti.per totũ.

a Et nota[a] q; in huiusmodi instrumẽtis res,quæ permutatur & vẽditur,debet præmitti:quæ verò solũ permutatur, subsequi, eo quòd res debet præcedere pretium: & quia ornatius procedit series instrumenti. ¶ †Cæterum si ecclesia rem emphyteuticam permutat cũ alia emphyteutica re:sic instrumentum conficietur:

3

a ¶Et no.secundùm Rolan.

b ❧FORMA. Rolã.lxviij.parte j.

c ¶Spectant. Hucusq; verba Rolan.

d ¶Secundùm quosdã.scilicet Vinc.vt scripsi eo.ti.c.fi.super glo.ergo spiritualia. Scire debes, q; Azo in Summa huius ti.dixit post prin.dictũ s.nõ expressum apparet, quod hic sequitur. sed sic placuit sapiẽtibus.& Rof.vbi s. post princ.dicit q; doctores sic tradiderũt.& dicit vterque eos motos fuisse,quia vbicũq; lex de ꝓmutatione mẽtionem facit,loquitur de certa re.ff.e.l.j.C.eo.quoniã.ad idẽ extra,eo.ti. per totũ. Et q; iste cõtractus viguit,antequã pecunia cuderet,habetur ff.de contrahẽ.emp.l.j.

e ¶Pacto. Disputãt Legistæ, quãdo sit origo istius actionis.Inter cætera facit dubiũ, quia lex dicit,actionẽ, quæ ab initio nõ est orta,postea oriri non posse.ff.de fur.l.seruui & filij.j.rñ.& ibi cõcor.Azo in Summa huius ti.et Acc. eod.ti.l.ex placito. in j.gl.& ibi Cy.in prima quęstione tenet q; re sequuta, non ex ipsa re, sed ex ipso pacto orta sit actio. Et dãt multa similia in actione pro socio,& tutelæ,quæ cõpetunt societate & tutela finitis. & in similibus ibi notatis, & lex j.ff.eo. quæ sic dicit, permutatio ex re tradita initiũ obligationi prębet, secũdùm eos trahit

e ¶In fi.contra hanc allegationē est decre.super.de magistris.coniuncta cū decre.licet.de præbendis. Nec valet etiam ratio Hostiēsis, qua dicit illos haberi pro residētibus,per no.de cleri.nō resi.c.vno.lib. vj.in gl.no.&quod super ea scripsi. De hoc scripsi de Iudæis.ad deliberandum.super ver.integrè.vbi vide.

f De schismaticis Rubrica.

¶Ad Summistas recurre.Omittit autem author duas rubricas. & prima erat bimēbris, quæ diuisim habentur in codice. Ad cuius partem primā scilicet de apostatis duas quæstiones rememoro,scilicet de beneficiato,qui fa- d ctus est miles: & de religioso ferente habitum coopertum e cum habitu clerici, secularis. Primam quæ fuit dominicalis xx. Vide de clerico coniu. c. vno. lib.vj.super gl.huic 1 ergo. Secundam super regula. certum est.lib.vj.De secunda parte rubricæ, quis dispenset cū rebaptisato sciēter, 1 vel ignoranter.dubiè loquit author de primo, q nec papa dispēsat.ſ.de leg.§.nūc breuiter. ver.ix.& sic dubiè de secundo,quòd dispensat episcopus.eo.tit.§.nunc de episcoporum.ver.cxxj.

assumpto charactere ad hæreticorū exterminium se adstringunt,illa gaudent indulgentia & priuilegio,quæ accidentibus in terræ sanctæ subsidiū cōceduntur:vt extra,de hæret.excommunicamus.§. Catholici.[a] Per quod patet,quòd clerici habebunt beneficia sua triennio:vt extra,de Iudæis.ad liberandum.in integra.[b] Et decimā, vel vicesimā pro hoc subsidio deputatā,quæ ecclesias contingit, poterunt secū ferre.extra,de vo.c.fi.& si morianť ante triennium,creditores vsq; ad triennium beneficia ipsa tenebunt:quia hoc eis per papam cauetur: aliàs sibi imputare deberent,qui pecuniā credidissent.ff.loca.si quis, domum.§.j.[c] argu.extra,de re. ec.ali.vel non.nulli.& clerico interdictū est beneficium alienare.xj.q.ñ.alienationes.Sed expone ibi beneficium,idest ius beneficij.hic autē alienat fructus,quod ei licet.extra,ne præla.vi.su vel iura.c.fi. & de loc.& con.c.ñ.& possunt capi in pignus pro debito.extra,de fideiuſ.constitutus.& valet hic authoritas papæ: vt C.de except.rei iudi.stipendia. ¶†Sed nunquid isti percipient omnes fructus beneficij,vt nec vicarium constituant. Videtur quòd sic.nam si omnes percipiunt:ergo nullas operas tenentur ecclesiæ præstare: quia operæ non sunt in fructu.ff.de operis ser.l.iij.argu.extra, de appella. peruenit.de præben.de cætero.Et hoc puto,vt ne cessariæ expensæ pro seruitio ecclesiæ deducantur. ff.de rei vendi.fundus.ff.de peti.hæredi.si à domino.§.fructus.¶Item dicit Vin.[d] q tales habebunt quotidianas distributiones:cū integraliter percipere debeant sua beneficia:& integrè rem perfectam significat:vt ñ.q.iij.c.si quem.in fi.[e]

f De schismaticis[f] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 ☞Ordinatus in presbyterum à schismatico episcopo,an & qualiter veniat ab officio presbyteratus remouendus.

SIc concipitur libellus†LIB.Corā &c. propono contra P.quòd ipse fuit scienter à tali episcopo schismatico in presbyterum ordinatus; quare peto ipsum à presbyteratus officio remoueri, & remoueri & sic seruatum,tantùm de occiso teneti,per l.illud.ff.ad l.Aquil.in fin. & not.in l.qui de crimine.C.de accusa.in fi.iiij.glos.ſ.& facit quod de continuatione not.ff.de actio.& oblig.l.antepe.facit l. quoniam multa.C.ad l. Iuli.de vi pu.bene facit ff.de dona.inter vir. & vxo. l.ij.§ si stipulanti.ibi enim propter celeritatem coniungendarum inter se actionum vna actio occultatur. Ad idē ff.de iniu.l.prætor. §. si plures. allegat etiam l.non est nouū.ff.de acti.empt. & vendi. procedit hoc cùm insultauit & percusit,vt occideret, & occidit. Sed quid si non occidit,sed solùm insultū fecit, & percusit? Videtur per superius allegata, quòd solùm ex per cussione teneatur. cùm in illa sit maleficium consummatum & cōtinuatum. ff. de noua. si ita stipulatus. in fi. & l. seq. Ad idem ff. de adulte. quod ait.in fi.ad l.Aquil. l.si ex plagis. §.tabernarius. & de incend. rui. naufr.l.j. §.proinde.In contrarium.ff.de iniur. in l. prætor edixit. §.si mihi.& l.fi.negatiuè dixit q nunquā plura delicta cōcurrentia faciūt q vllius impunitas detur: nec delictū ob aliud delictum minuit pœnam. ff. de priua.deli.l.nunquam.Ad idem ff. de termi. mo.l.fin. ad Turpil.l.in senatus.de furtis.qui tabulas. in fine. Varietas enim criminum inducit varietatem pœnarū. de pœ. distinctio. j.c. pœnæ. cùm ergo insultando cōmiserit vim publicam,& vulnerando inciderint in legem Corn.iniuriarū, vt not.in l.prætor.ergo vtraq; lege punietur: & videtur expressum in præ dicta l.qui de crimine.ij.responso.Solutionem in quibusdam scriptis inuenio,sed quæstionē non habeo. & Frāciscus Accur. tenuit ipsum solùm de percussione,vel vulnere teneri,per prius allegata. Ad contrarium & ad l. qui de crimine.respondet illā loqui de criminibus ita diuersis & separatis, q vnum non est pars alterius: sed in casu nostro continuatio & cōnexitas facit illa censeri vnū. Aliqui contra,qui licet cōcedant,quod prius dictum est,pōdera solum homicidiū. Ratio est:quia id punitur morte, quæ omnia soluit,& crimen extinguit:vt in auth.de nupt.§.disponat.& ff. ad Turpil. in senatus.C. si reus vel accusa.per totum. quæ ratio cessat in hoc secundo casu.Inuenio Guliel.quandoq; distinxisse,an sine insultu fiat percussio,id est,simul insultaui & percussi. & procedat prima solutio. Si verò insultaui, ex quo insultu orta est rixa,in qua postea percussi: ꝓcedat secūda solutio, quasi actus sint separati ab insultu,& eius principio. Vltra ea quæ de continuatione dicta sunt suprà,faciunt notā.ij.q.ix.nihilò minus. Et mihi videtur hoc ī facto cōsistere.si em̄ iste insultauit & vibrauit:sed nō percussit illo forsan se flectēte:& tunc incipit rixa: istam tn̄ vibrationē continuauit, licet forsan etiā in vibrationibus contra eum factis resisterit:& finaliter his continuatis illum percussit.satis id cōtinuum repeto.Sed si propter rixam retrocessisset ad propriam etiam vicinam domum,vel etiam alterius,recipiens forsan lanceam,& percussit:procedere posset,quod de actu separato dictū est. Et quæstio de illo secūdo, qui se defendendo occidit debito moderamine non seruato:an teneatur lege Cor.de sica.terminari vidi q non: quia lex illa non requirit dolum. Et quòd hoc casu lata culpa nō æquatur

g De infantibus & languidis Rubrica.

¶Deficiunt practici authores:ad Summistas recurre.

h ¶Vel languidum.quod sequitur fundatur super altero istorum,scilicet infante,vel languido.& sic posuit se in tuto propter opinionē, quæ vult q alimentorum denegatio in quacunq; ætate,etiam sano:habeat operari,quę sequitur.De hoc vide quod dixi eodem titulo.c.vno.super versic.alicui.& super gl.pe.& plenè per Hosti.in Summa huius ti.§.vlti.

i De homicidio Rubrica.

¶Solus Roffre.ex practicis authoribus formauit libellum in hoc tit.& est quintus in ordine libellorum.habuimus duas Bonifacianas constitutiones in vj.& in cle.vnam.multum est expediens in hac materia. Ex præmissis quæstionibus terminatis per illas,scias quòd aliquas quæstiones spectātes ad hunc titulum posuit author ſ.de accu.Et ego ibi cumulādo quæsbones aliquas de bannitis,addidi tres quæstiones.vide super regulis in vj.scilicet frustra,nullus pluribus.& regula,quod quis.Prima in quarto membro de illo,qui pacificatū postea bannitum occidit.Secunda de illo,qui negauit se occidisse.nunc dicit,q ad sui defensionē.Tertia de clerico,qui incidebat vt laicus bannito,& postea occiso. Vulgata est quæstio.& si statutū punit insultantem.Itē vulnerantē.Itē occidentē: an insultās percutiēs & occidens vno impetu,his omnibus legibus accuseť & puniať & pluries terminatū

g De infan.& lan.expos. Rub.

SVMMARIVM.

1 ☞Libellus qualiter sit à filio,seruo,vel liberto &c. contra impiè eos habentes concipiendus.

1 POtes hic sic concipere libellū:†LIB. Corā &c. propono.ego filiꝰ,vel seruꝰ,vel libertus olim talis contra eum, q ipse me infantem,vel languidum[h] exposuit, seu exponenti consensit, vel ratum habuit,vel impiè mihi alimenta negauit, pietatis officio relegato. quare peto me liberum fore à nexibus patriæ, vel dominicæ potestatis pronunciari, & me patremfamilias, si erat liber, & in potestate patris. vel liberum, si erat seruus: vel ingenuum, si erat libertus, sententialiter declarari. extra eodem.c. primo.C. eodem.l.ij.lxxxvñ. distinctio. si expositus. C. de Lati.liber. tol.l. vnica.§. sed scimus. C.de episcopa.audientia. nemini. ff.pro derelicto.l.fina.in authent.de nupt.§.si verò ab initio. Potes etiam addere si vis, & peto ipsum nihilò minus ex officio vestro ad arbitrium vestrum puniri. C. de pa. pote.nec filium.ff.de liber. agnoscen.l.prima.§.pœna.

i De homicidio[i]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 ☞Libellus qualiter sit cōtra homicidā ad pœnā corporalem coram iudice seculari concipiendus.
2 Libellus contra clericum homicidam, qualiter sit à clerico concipiendus.
3 Clericus incorrigibilis potest degradatus curiæ seculari tradi.
4 Morte post percussionem, febre tamen intermedia superueniente:cui veniat imputandū,& quorū testimonio de mortis causa standum.
5 Quatuor simul in aliqua camera existētib⁹. si vnus illorum proiiciens lapidem extra,quendam interimat,cui illorum imputandum sit.

miserit vim publicam,& vulnerando inciderint in legem Corn.iniuriarū, vt not.in l.prætor.ergo vtraq; lege punietur: & videtur expressum in præ dicta l.qui de crimine.ij.responso.Solutionem in quibusdam scriptis inuenio,sed quæstionē non habeo. & Frāciscus Accur. tenuit ipsum solùm de percussione,vel vulnere teneri,per prius allegata. Ad contrarium & ad l. qui de crimine.respondet illā loqui de criminibus ita diuersis & separatis, q vnum non est pars alterius: sed in casu nostro continuatio & cōnexitas facit illa censeri vnū. Aliqui contra,qui licet cōcedant,quod prius dictum est,pōdera solum homicidiū. Ratio est:quia id punitur morte, quæ omnia soluit,& crimen extinguit:vt in auth.de nupt.§.disponat.& ff. ad Turpil. in senatus.C. si reus vel accusa.per totum. quæ ratio cessat in hoc secundo casu.Inuenio Guliel.quandoq; distinxisse,an sine insultu fiat percussio,id est,simul insultaui & percussi. & procedat prima solutio. Si verò insultaui, ex quo insultu orta est rixa,in qua postea percussi: ꝓcedat secūda solutio, quasi actus sint separati ab insultu,& eius principio. Vltra ea quæ de continuatione dicta sunt suprà,faciunt notā.ij.q.ix.nihilò minus. Et mihi videtur hoc ī facto cōsistere.si em̄ iste insultauit & vibrauit:sed nō percussit illo forsan se flectēte:& tunc incipit rixa: istam tn̄ vibrationē continuauit, licet forsan etiā in vibrationibus contra eum factis resisterit:& finaliter his continuatis illum percussit.satis id cōtinuum repeto.Sed si propter rixam retrocessisset ad propriam etiam vicinam domum,vel etiam alterius,recipiens forsan lanceam,& percussit:procedere posset,quod de actu separato dictū est. Et quæstio de illo secūdo, qui se defendendo occidit debito moderamine non seruato:an teneatur lege Cor.de sica.terminari vidi q non: quia lex illa non requirit dolum. Et quòd hoc casu lata culpa nō æquatur

dolo,textus est ff.eodem.scilicet ad l.Corne.de sicar.l.in lege.Ad idem inducit.l.j.C.eodem titu.Facit extra,de restitu.spolia.olim.j.in fine.tenebitur tamen de homicidio culpabili,non doloso, per iura prædicta.Sias ergo, quòd aliter se saluare non valet si occidit etiam vibrando non solùm,non tenetur de occiso:sed etiam irregularis non est: vt dicit clemen,eodem titu.in fine.vt tamen ibi not.in defensio 6 ne sui corporis tan 7 tùm, non filij vel 8 suorum,habet hoc locũ,quod de irregularitate dictum est.pro illorum tamen defensione, 1 percutiens & occidens posset excommunicatus nõ esse: licet irregularis sic, vt ibi scripsi.& clarius in decreta.si verò.infrà,de sententia excom.

a ¶Degradari. Vide remissionem, quæ statim sequitur.

b ¶Noscunt. Vide suprà de probatio. 2 §.fina. versicu. hoc quoq;. dicit Guido de Suza.super proœmio Digesto a rum. §. j. quòd si pars vulnerati, & pars vulnerantis, concordant de me 3 dicis vno vel pluribus assumendis iudex eis acquiescet.Si verò discordant, ipse eliget. 4 Allegat quod dicitur de pluribus tutoribus volentibus per vnum administrari.sed de quo discordant, Institu. b de satisdatio. tuto. §. si autẽ. & quid de duobus hæredibus legatarij discordentibus:an agant reali vel personali.ff.de legatis primo. huiusmodi. §. finali.Subdit etiam quòd si iudex ad c dictum medici dicentis vulnus Titij,cum plures vulnerauerunt fuisse mortale cõdemnauit titium de occiso,qui titius dicens medicum falsum dixisse, petit antequam sepulturam peritiores medicos adhiberi.quod factum est,& illi referunt illius vulnus non fuisse mortale retractabitur sententia, sicut dicitur delata per testes falsos,vel instrumenta.C.si ex falsis instrumẽtis.l.falsam.&.l.finali.ff.de re iudica.l.diuus.supra de except.cùm venerabilis.

ADDE,vt pulchrè per Bal.consi.cv.lib.j.

c ¶Proiecit ad quæstionem facit,quod no.s.de leg.§.iuxta.ver.quid si quis in rixa.vide quod satis scripsi eo.tit.significasti.ñ.in gl.argu.ad quæstionẽ. &ibi de quæstione venereali.xv.

d ¶Bona fides.secundùm Alber.ga.cuius ad literam fuit iste versiculus,de actio.ver.penulti.

ADDE,q̃ dictum Spe.sequitur Bal.cõsi.lxxxj.lib.v.

e ¶In fi.& periculũ sibi imminet hæreditatis perdẽdę,si necem patris non vindicat.C.de his,quib.vt indig.l.j. propter quod in eo accusante cessat pœna calumniæ.C.de calum.l.iij.

f ¶l.j.Hucusq; fuit Alber.Gal.vbi s.ver.antepe.

g ¶Infamiam.Pro hac distinctione facit de iudic.capitu.si annum.§.j.libro sexto.

Pupillus an possit de morte patris pacem facere.

Partes adinuicem concordantes,non egent iudice.

Pace de vulnere facta,si moriatur vulneratus, an poterit vulnerator accusari de morte.

SIc forma libellũ coram Iudice seculari ad pœnã corporalem infligendam.† LIB.Coram &c. propono contra P.quòd ipse anno & mense tali regnante domino Ludouico rege Franciæ, occidit Titium cum ense,vel claua,vel cultello, percutiẽdo eum in tali loco letaliter in ciuitate tali, in vico vel domo tali,in tali latere,seu parte eius:super quo vobis eũ accuso, & peto ipsum secundùm legẽ Corneliam de sicarijs pœna capitis puniri: & sic puniẽdum fore sententialiter cõdemnari.& ego Luc.&c.s.de accusati.§.j.de pœni.distinctione prima.is,qui cũ telo.&.l.si quis necandi. quæ sunt C. ad legem Corneliam de sicarijs.ff.eodem.qui cædẽ.Institu.de public.iudic.xxxiij.q.iij.sex sunt. ¶†Clericus autem contra clericum sic libellum concipi. LIB.Coram &c.vt supra,vsq;,quare peto:iunge,ipsum per vos officio & beneficio priuari, & priuandum esse decerni,& à suis ordinibus degradari [a], & ego Ludoni.&c.extra,de iudi.cũ nõ ab homine. extra eodem.sicut dignum.§.finali.l.distinctione clericum, qui paganum.&c.si episcopus. & c.sequenti & c. studeat. ¶†Quòd si depositus sit incorrigibilis,potest peti, vt degradatus curiæ seculari relinquatur legitimè puniendus.vt in præceden.c.cùm non ab homine.extra, de verborum significatione nouimus.quod qualiter fiat, dixi suprà de accusatio.§. ij.versiculo & nota quòd. & sequen. ¶†De facto quæritur, A.vulnerauit.B.qui febre superueniente decessit:accusatur de morte ipse verò asserit illum ex febre obijsse. & plures laici testes inducti hoc dicunt:medici verò pauciores dicunt quòd vulnus extitit causa febris. Respond. potius est credendũ pauciorihus medicis:quia factum melius noscunt [b] argumen.ff.de origine iuris.l.secunda.§.exactio.in authentica de non alienan.§.quòd autem.extra,de testa.in nostra.C.de re milit.qui semel.l.di.vt constitueretur.versiculo.experto.extra,de æta.& quali.ad aures.de pœnit.distinctio.vj.c.j.versiculo.interrogaret & circa huiusmodi accusationes vide suprà in titu.de accusatore. ¶†Pone quòd quatuor homines erãt in vna domo:vnus eorum proiecit lapidem,& prætereuntẽ perimit.non constat quis proiecit,constat tamen quòd vnus eorum proiecit [c]. Et videtur quòd omnes tenentur.ff. ad leg. Aquiliam.item Mela.§.si plures.& lege,ita vulneratus.& hoc propter incertitudinem.ff. de transactio.controuersia.ff.de his,qui deie.vel effu.leg.prima.§.finali.& l.ij. Argumen.contra, quòd non teneãtur.xxiij.quæstione vltima.si quatuor. Nec obstat prę all.l.ff.ad l.Aqui.quia ibi constabat omnes percussisse.Itẽ.l.j.de his qui deie.vel effu.in alio cãsu loquitur.sed videtur q̃ nullus tenetur. Nam cõstat quòd tres nõ deliquerunt,ergo non tenentur.

extra,de his quæ fiunt à maio.part.capitu. quę fuit C.de pœnis.sancimus.& melius est innocentẽ absoluere, &c.ff.eodem. absentem.extra de simo,licet Heli.ad fin.& exemplo graue est,&c.C.de his qui latro.occul.l.final.in fin.& probatur ff.ad leg. Aquiliam.scientiam.§.cùm scientiam.deficit enim probatio,non ius.ff.de test.tut. duo. Super hoc dicũt quidam q̃ si omnes interuenerũt animo offendendi illum:tunc quilibet tenetur:quia vnus videtur hoc fecisse de voluntate & mandato aliorum. C.eodem non ideo minus.ff.de vi & vi armata.l.j. §.quoties.extra, de homi.sicut dignum.extra, de cle.pug.in duello.c.ij.in fin.Si verò non intrarunt animo illum offendendi:tunc omnes in dubio absoluentur.ff.de actio.& obliga.Arrianus.extra, de probatio.ex literis.nam in criminibus claræ debẽt esse probationes.ij.quæstione.viij.sciant. Iudex tamen propter bonum regimen,& vt cæteri timeãt, pœnam pecuniariam imponat.ff. depos. bona fides. [d] ¶†Illud autem quæritur, vtrum pupillus 6 possit de morte patris facere pacem. Et videtur quòd non:quia pupillus de morte patris accusat: e vt ff.de accusa.l.ij.in fine. [e] & si remittit, donat. ff. de trãsactio.lege prima.ff.de donatio.inter virum & vxorẽ.sponsus.nec pupillus donare potest.ff. de tutelis & ra.distra.l.j.respon.j. Argumen. contra quòd valeat pax per eum facta.ff.de iureiuran. tutor.ff.de furtis.interdum.§.si tutor.quia pax à pactione dicitur.ff.de pact.l.j.& pactum,est quædã donatio.ff.de pact.contra iuris ciuilis.in fin.Et dicitur pactum inter partes ex pace conueniens ex scriptura.extra,de verbo.significa. pactum. Dic q̃ si aliquid ei datum est: tunc valet.ff.de transactio. præses.& etiam si non est sibi datum.Interest enim minoris,vt litibus & sumptibus non vexetur.ff.de minori.l.minoribus.& facit bene ff.de iniur.sed si vnius.§.si filio.nam & ciuitas pacem feruans commendabitur.ff.de censi.l.j.& ad hoc C.de veteri f iur.enucle.lege j. [f] Vber.autem dicit quòd infans nullo modo potest facere pacem,etiam tutoris authoritate:nec facta pax tenet.ff.de pœnis.lege prima.Si verò iam excesit infantiam,quod intelligit, nec tunc etiam sufficit sola tutoris authoritas,vt dicit ff.de administra.tuto.l.j.§.j.quia nec etiam per se posset:cùm etiam non sit permissum pupillo cũ tutoris authoritate distrahere vilissimum prædiũ. ff.de rebus eo.per totum.C.de prædi.minorũ.per totum.Potest tamen facere pacem cum tutoris authoritate,& interueniente iudicis decreto: & facta g valet.& hoc vbi excesit infantiam. [g] Nec obstat quòd non debet interponi iudicis authoritas, nisi propter æs alienum: vt ff.de rebus eorum.magis. §.antepeñ.quia hoc fit pacis fauore,& quia pupillo expedit.Malè ergo dicunt,secundùm eum, qui dicunt tutorẽ facere posse pacem pro infante.Nec obstat C.ad Trebel.sancimus. responso primo.in fine.vbi dicitur quòd potest restituere hæreditatẽ nomine infantis: quia in pace de remissione tra- h ctatur. [h] ¶Sed pone,P. vulnerat? ad mortẽ à T.fecit pacẽ & remissionẽ H.nomine ipsius T.vt ipse

h ¶Tractatur. sup. quod tutor & cura tor facere non potest.C.de pac.l.pactũ curatoris. Hoc scias quòd Guido de Suza.super lege illa tenuit pacẽ tutoris valere,vbi factum non est liquidum.& facit quod in præceden.l. not. Allegat fauorẽ pacis,dequo.s.& multa quæ potest tutor:qa defert iusiurandum,iurat in litem & de calũnia, transigit cum fure, & est loco domini.hoc patet per or dinẽ ff.de iureiurãdo.l.tutor.& de in litem iurãdo.videa mus §.si tamen.C. de iuramen.calum. l.ij.§.quod obseruari.ff.de fur.si pignore.§.fina.de ad ministra.tut.qui tutelam. Ad fortificandam ergo pacem est consilium eius quòd occisor neget,ita quòd pax non fiat cum occisore: sed cum illo, qui dicebatur occisor per prædictam l.præses.& quod iudicis authoritas interueniat, quæ etiã sæpe aliàs inualidum facit valere. argumen. ff. quod cum fal.tuto.l.j. §. idem.de aqua plu. arcen.l. quanquam in fin.j. respon.de infami. l. furti. §. qui iussu &c.

ADDE, vt per abb. consilio lxvj.

Bald. de homici. Rubrica.

¶Percussus cũ hasta ferrata,non dicitur percussus cum ferro: vt nota.ff.eodem.l.j. §.diuus.

¶An vxor, quę fecit occidi maritum perdat dotẽ.ff.de adi.lega.l.penulti.§.Seia.¶An mortuus ex febre superueniente post vulnus,dicatur mortuus ex vulnere:dic q̃ aut constat,q̃ sit ex molestia vulneris,aut ex alia causa,aut dubitatur & tũc standum dicto medicorum.C.qui debent iurare de credulitate,non de veritate.ff.de ventre inspicien.l.j.in princ.C.de secundis nupt.l.hac edictali. Cy.Quòd si in illo loco non est nisi vnicus medicus:illi soli credetur,si bonus homo sit.ff.de ver.obli.l.j.in fi.Nã hoc est propter difficultatẽ probationis.ff.de re mili.l.nõ oẽs.§.à barbaris.arg.cõtra.ff.de q̃stioni.l.maritus. quia agitur de magno p̃iudicio.Et ideo nõ est standũ dicto vnius.Itẽ mortuus intra triduũ p̃sumit̃ mortuus ex vulnere.l.j.C.de emẽd.propinq.Bal. ¶Si lapis est proiectus de cęnaculo,& homo occisus:nec cõstat q̃s fecerit, pœna pecuniaria imponit̃ oĩbus.Et rõne incertitudinis cõmutat̃ p̃sonalis

in pecuniariam.versicu.pone.iiij.& hoc quando est incertus de certis.sed si esset incertus de incertis:tunc nullus punitur. Adde quod no.ff.quod metus causa.l.si cùm in hac. Nam in rei restitutione ille tenetur,apud quem res inuenit:vt ibi no.in pœna fiscali.& vide ff.de fica.l.si in rixa.per Bartolũ. Incertitudo alia est personæ agentis,alia patientis.ñ.q.viij.c.per scripta.§. libellorũ.alia ipsius facti.ff.ad Syllania. l.j.§.illud. alia loci vel tẽporis substãtialis:vt l.libellorũ. Alia qualitas facti. ff.de pœnis.l.si præses. Alia qualitas damni.ff.de sicarijs.l. j.§.siclaua.dehomi. c. significasti. Alia necessitatis puta ad defensionem, vbi tria attenduntur:tẽpus modus & causa.C.vnde vi.l.prima.ff.ad legẽ Aquiliam.l.si ex plagijs. §.tabernarius. cum simili. Bald. ¶ An tutor pupilli, vel pupillus possit reddere pacem occisori patris.§.illud autem.G.dic quòd solus tutor nõ potest argumentum ff.de inofficio. testamento.l.Pompoñ. Sed pupillus si ei expedit cùm authoritate tutoris, & cùm decreto iudicis, potest.Nil enim alienat hic, cùm non tractetur de pecuniario commodo. G. Nota tamen, quòd in dubio concordia & pax præsumitur expedire. C.de transactio. l. si fideicommis. ¶ An pax facta tibi recipienti pro Titio possit haberi rata mortuo vulnerato, versicu. sed pone. G. dicit quòd sic, vt l. bonorum.argumẽtum contra. ff. eodem præceden. l. est receptum. imò plus videtur, quòd procurator vulnerati ad hoc factus, possit reddere pacem mortuo vulnerato fauore pacis, & propter ipsius actus naturam. ff. ad Syllania. l. secunda, ff. manda.l.si verò non remunerandi. §. fi. G.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

a *De adulte.& stupro. Rubri.*

H. eam faceret,& remitteret ipsi T. mortuo itaq; P. dictus H. fecit pacem & remissionẽ ipsi T. quæritur an valeat,& seruanda sit. Et videtur quòd nõ cùm sit facta mortuo mandatore. argumento ff. si certum petatur. eius qui in prouincia. Item eo tempore debuit haberi rata pax à T. quę & potuit fieri à P. vnde modo non potest rata haberi, cùm fieri possit. ff. rem ratam habe. bonorum.& videtur casus ff. quis ordo in bonorum possessio. l. consilio. responso j. in fine. mors enim omnia soluit in authen. de nuptijs. §. deinceps. argumentum contra. nam si amicus venditoris mei mihi tradidit possessionem, post mortẽ illius possessio mihi recte quę sita est. ff. de acquirenda possessio. fundi. † Nullæ enim sunt partes iudicis inter partes adinuicẽ concordantes. ff. de operis noui nunciatio. l. j. ff. de ver. obliga. cùm seruus. C. de insti. & substi. si mater. Itẽ T. ratũ habet, vnde perinde haberi debet, ac si hoc ei gerendum mandasset. C. ad Macedon. l. fi. Vnde dici potest quòd res non est integra, nec videtur reuocatum mandatum. Nam potest iam mortuus reuocare illud. Et vide quod nota. s. de iudic. delega. §. restat. versicu. item mortuo. & C. de loca. §. nunc aliqua. versi. cl. ibi: quid si dominus. ¶ † Quid si facta pace de vulnere, obijt vulneratus: nunquid poterat accusari vulnerator de morte? De hoc suprà de accusatore. ver. sed pone. ¶ Qualiter libellus cõcipitur in crimine læsæ maiestatis: dixi s. in titu. de hæreti. In tribus verò seq. tit. non est multum necessarius libellus.

De adulterio & stupro. [2] *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Libellus qualiter sit contra adulterum, seu stuprosum concipiendus.
2 Vir qualiter debeat formare libellum contra vxorem adulteram.
3 Vir accusans vxorem de adulterio constante matrimonio, ad pœnam tenetur inscribere.
4 Fornicatio separat virum ab vxore.
5 Vxor an possit virum de adulterio accusare.
6 Libellus qualiter sit pro tori separatione concipiendus.
7 Laicus an & qualiter possit contra clericum suam vel suorum iniuriam prosequi.
8 Ancilla alteri vendita, seu tradita cum pacto, vt nõ prostituatur, si contra fiat efficitur libera.
9 Ancillæ seu filię, quibus à dominis necessitas imponitur peccandi, debent constitu. imperatorũ Theodo,& Valetiniani subueniri.

1 COncipe sic libellum. † LI B E L. Corã &c. propono contra P. quòd ipse hoc anno, mense tali, regnante domino Ludouico Dei gratia rege Frãcię, vel temporibus talis papæ commisit adulterium cum Berta vxore Titij in tali ciuitate, in domo tali, & in tali camera ipsius domus: super quo eum corã vobis accuso: quare peto eum secundùm legem Iuliã de adulte. pœna capitali puniri. & ego Lucius &c. vt suprà de accusa. §. j. versicu. vltimo. ñ. q. viij. c. per scripta. §. libellorum. C. ad legem Iuliam de adulte. quamuis. & pone hoc [b] vt patet suprà de accusato-

b

¶ Bimembris est hæc rubrica: & de secunda parte nil tractat: quia practici sui nil tractauerunt; vel omisit, quia ex prima & secunda decreta. huius tituli, quæ secundam partem recipiunt, facile formabis libellum in ecclesiastico foro; & erit alternatiuus, ex quo alternatiua est in obligatione, de quo supra de libelli concept. §. iam nunc. versiculo sed nunquid talis. cùm suis remission. In foro verò ciuili tolle formam. Et nota. eodem titu. c. secundo. in glossa prima, & eo, quod ibi addidi. Et ad hanc partem faciunt Dominicales xxvj. & xxviij. de quibus mentionem fecit, de iureiurando. mulieri super principio secundæ gloss. De prima verò parte libellos habuit author à Roffre. in iij. libello, in ordine libellorum iuris nostri.

2 re, versicu. item contra agentem. ¶ † Eodem modo concipiet ipse Titius, secundùm antiqua iura, contra vxorem, verbis competenter mutatis. extra, eodem. maritis. C. eodẽ. iure mariti. & l. castitati. Hodie tamen sic concludet secundùm leges, quare peto eam verberatam & tonsam in monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam retrudi. C. eodem. authen. sed hodie. xxij. quęstione prima de benedicto. vel omitte verba illa, verberatã & tonsam, secundùm canones: vt extra, de conuer. coniu. gaudemus. Secundùm legem verò Mosaicam, conuicta de adulterio lapidabatur. xxxiij. quęstione. v. hæc imago. de pœniten. distinct. vj. c. j. versicu. cognoscat igitur. iij. quæstione. vij. qui sine. & c. postulatus. Nec hoc casu vir inscribere tenetur secundũ quosdam: vt in prædictis iuribus. & ff. eodem. is, cu
3 ius. §. finali. & l. mariti, §. fina. ¶ † Ego autem dico, quòd si constante matrimonio vir accuset vxorem de adulterio, ad pœnam tenetur inscribere: vt in authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò plurimas. colla. viij. versiculo si de adulte. Sed qui con-
c trarium tenent, [c] intelligunt quòd ibi accusaret iure extranei. Vbi autem agitur ad tori separationẽ, non est inscriptio necessaria. extra, de procura. tuæ. de hoc supra de accuso. versiculo. item quòd nõ recte. ¶ † Sed opponitur qualiter vir se obligabit ad
4 talionem. nam si ipse punitur pœna talionis, ponetur in monasterium & sic consequitur quod volebat. Item secundùm hoc erit alia causa, quàm forni cationis, quæ separat virum ab vxore: & cogitur fieri monachus, qui nunq; voluit. quod esse nõ debet: vt xxxij. quęstione, j. integritas. xx. quęstione prima. sicut, Præterea hoc solũ debet viro esse pœna, vt cogatur ei perpetuò adhærere, qua perpetuò voluit carere: vt xxxij. quæstio. v. hæc imago. Item vir & vxor non censentur pari iure, quantum ad
d pœnam adulterij: vt xxxij, q. j. præceptum. [d] Sed ad hoc dico, quòd si deficit in probatione, debet detrudi in monasterium eo modo, quo mulier intraret, probato crimine contra eam: sed ipsa non intraret, nisi viro placeret: quia eam inuitam potest vir retinere: vt C. de adulte. authen. sed hodie. ergo & si vir sit de calumnia conuictus, cogitur intrare: sed ipsa eum poterit, si voluerit, retinere. C. de adulte. iure mariti. Nec est etiam inconueniens, quòd aliquis fiat inuitus monachus: tum quia se ad hoc obligauit; tum etiam propter eius delictum. xvj. di stinct. de lapsis. L. di. si ille, extra, de elect. cùm dilectus. in fine. ¶ † Sed nunquid econuerso vxor potest virum de adulterio accusare? Videtur q; non: quia ipsa potest tantùm ciuiliter agere contra virum, vt in præallega. l. publico. sed & si accedit ad meretrices, põt ab eo recedere: vt. C. de repudia. consensu. Sed dic cõtra extra, de diuor. gaudemus. §. primo. & xxij. q. j. si quis vxorem. & ipsa etiam inscribet, & punietur pœna talionis: vt in authen. colũ. viij. vt liceat matri & auiæ. §. causas. & not. in
e præ. l. publico. [e] ¶ † Qualiter autem libellus concipietur cũ agitur de tori separatione: no. s. de diuor.
6 versicu. ad tempus. ¶ Si autem laicus [f] prosequitur
f suam vel suorum iniuriam contra clericum, quod potest: vt extra, de test. de cætero & .iij. q. vj. omnibus. aliter verò non potest eum accusare: vt ñ. q. vij. b ipsi apostoli. & c. j. & ñ. per totum. tunc sic concipitur libellus: L I B. Coram &c. propono contra e P. sacerdotem, quod si ipse &c. vt supra vsq; quare peto iunge, dictum P. sacerdotem ordine sacerdotali priuari, & deponi. extra, eodem. significatum. & idem in l. si qui adulterij. C. de adul.

d ¶ Præceptum. vbi hoc notat.
e ¶ Publico. Vide quod no. xij. q. ñ. si qua cùm seruo.
f ¶ Si autem laicus. Reuertitur ad verba Rossredi vbi suprà vsq; ibi, vel dic.

Vnde de libello ad separationem Tori: dat remissionem post versicul. sed nunquid. De quæstione dominicali, an accusans vxorem de tali adulterio teneatur illi reddere debitum? Vide nota. xxxij. dis. si cuius. Sunt contiguæ tres quæstiones dominicales, scilicet xxxij. xxxij. & xxxiij. post quàm sequit lxiij. Prima, de adulterante cùm medico, rogante marito. Secunda, de vxore oppressa, quia non fugit, vt vir mandauerat. Tertia, superueniente adulterio mariti, an prosit adulteræ separatæ. Quarta, de separata ppter adulterium, et postea apparet consanguinitas coniugum. Primam vide de eo qui co. cõ. vxor. discretionem. Secundam de adulterio. capi. penul. super finem penul timæ glo. Tertiam de diuortijs. ex literis super vltima glossa. Quartam, inter virum & vxorem, plerunque. Quæstionem Pylei xxj. de lena, quę se pro principali submisit. Et de illo, qui putans cognoscere solutam, maritatam cognouit, vel econuerso. Vide super regula, cùm quis in ius. libr. sexto. De duobus specificatis pœna promissa, quam vnus cùm alterius vxore adulterium committendo incurrit, vide super regula, frustra. eodẽ libro.

¶ Et pone idest positionem facias.
¶ Tenent. Vt Rof. vbi s. & glo. ibi recitat hic, sed tenet contrarium vbi suprà illud esse corre

ficasti

a ¶Porrò.Reaſſumit verba Rof.iuris ciuilis,vbi de cõſtitutione diui Adriani,& demum verba eius,tit.vĩj.vel viĩj.poſt illum aſſumit in ver.ſeq.

b ¶L.j.Et tu canoniſta,ſi vis plus de materia intelligere vide quę ibi notantur in vlti.gl.vltra quam ſcire debes,q̃ quandoq; venditor ſibi reſeruat manum,ſ.reſumendi ancillam,ſi proſtituatur ſi proſtitutioni conſenſiſſet,perdit ius illud.& procedet libellus, qui ſequitur.Vbi autẽ manum venditor ſibi non reſeruat: ſed dicit q̃ ſi proſtituatur,ſit libera.verba iſta ſunt ſuperflua:qa & ſine iſtis ſic eſſet: ex quo ſic erat vẽdita,ne proſtitueretur.Et vide a q̃ libellus non petit illã liberari:ſed b liberam pronũciari,& ſuper hoc cõſtituitur iudicium, de quo loquitur l.j.& ante tribunal c poterit quæſtio referri: vt dicit l.ĩj.ſi enim negareť proſtituta,oporteret de hoc fidem fieri.Itẽ ſi negetur ea lege vendita, oportebit hoc conſtare, ſi reſeruauit venditor manus iectionẽ, oportebit conſtare d q̃ proſtitutioni cõ ſenſerit.His confeſſatis, vel probatis,iudex pronũcia bit illam liberã ſic eſt in ſimilibus,peto te pronunciari excommunicatũ: quia perçuſiſti clericum.Si negeť per e cuſsio,vel clericat9 oportet illa proba ri: quibus probatis,iudex nõ excõmunicat, ſed excõ- 1 municatum declarat.Hoc etiã ſcias,q̃ vbi ſit actum eſt,ne proſtituatur:non debet poni vt in caupona,vel taberna miniſtret:quia id eſſet facere fraudẽ legi dictæ,vel pacto.hoc vult l.vlti.illius titu.Et ſecundũ Roffr.ratio ſumitur ex l.ſi adulterium.C.de adu.inter.Vino enim initiatur luxuria:vt ibi.

c ¶Viua voce.Et Roffre.vbi ſ.in fi.dicit ſe nõ curare an per libellum,an viua voce petatur.& remittit ad ea,quæ dixi de ſenatuſconſul.Rubriano.

d ¶L I B.Coram.nõ ponderauit author cauſam diuerſitatis libellorum,quę fuit:quia l.ſi lenones.nõ exprimit per quẽ fienda ſit liberatio.Gl.ibi q̃ per patrem & dominum,& ad hoc cogentur per epiſcopũ.& hoc ponit primus libellus.Alia lectura,q̃ id facit epiſcopus.& ſecundũ hanc debet incipere libellus à vobis: vel vbi dicit liberari,addendũ per nos fatetur Roffr. primam æquiorem.& eſt iſte vnus de caſibus,quibus pater emãcipare cogitur,vt ſcriptum eſt de reſtitutione in integ.conſtitutus.in princi.&c.

De rap.& incen.& uio.eccleſiarum. Rubrica.

e ¶Primam partem rubricæ tractat Io.de Bla.mihi char.xxv.vbi de actione vi bono.rap.ſecundã illã recipit author à Rof.de prædicta rubrica,quæ eſt antepenultima ante prætorias.& ibi dicit,vim debere concurrere,vt illi ſit locus.quæ colligas ex poſitionibus.Expeditis verbis Rof.vnã quæſtionem ſubdit ſecundo ibi:verũ,cũ iĩj.ibi cæterum.proſequitur duo edicta,ſcilicet antepenultima & pe.in ordine Rof.& meritò cõiungere potuit:quia hæc tria coniunxit cõpilator Digeſtorũ,vt patet ff.vi bonorũ raptorum. De primo & ſecundo & titulo ſequenti.De tertio licet alia cõſideratione, quæ ſuprà patuit diſiuncta fuerit per Roffre.In fine autem dat author tres remiſsiones.De tertio ergo mẽbro rubricæ author nil dixit:& verè etiam nihil de ſecundo.De incẽdio enim tractauit:& de his quæ tempore incendĩj damnum dant.ſed de incendiarĩs non.De incendarĩs autem & violatoribus eccleſiarum,vide quod not.de ſenten.excõmuni.tua nos.& c.conquæſti.cùm ſuis remiſsi.De conſulentibus rapinam, vel comitantibus raptorem vel euntibus vt defendant,non vt rapiant vel euntibus vt pacificent:ad quid teneantur in iudiciali,vel pœnitentiali foro ſcripſi de homicidi.ſicut dignum.in gloſſ.ſecundũ Innocẽ.Ad materiam rapina pertinet quæſtio Nico.Ma.quam poſui ſ.de appella.§.in quibus.poſt princi.ſuper verſic.ſed nunquid in fin.Item quęſtio Iacob.Butri. quam poſui ſ.de inquiſitionibus.§.nũc tractemus. ſuper ver.j.in fin.Item ſciendum, quod Guido de Suz.ſuper l.ab hoſtib9.C.de capt. & poſtli. reuer.format quæſtionẽ,quę nunc in xlvj.anno, de facto ad literam euenire poſſet.Stipẽdiarĩ Veroneñ. inſultauerũt diſtrictum Mãtuæ,& ceperunt prædã magnam animalium: contigit quòd ſtipendiarĩ Mantuæ poſt tempus inſultauerunt diſtrictũ Veronẽ. & duxerunt etiam magnã prędam,in qua fuerunt multa de prioribus animalibus: quæ repetebant eorum priores domini: pro quibus facit l.illa.& ff.eo.ti.ſi captiuus.§.expulſis. Et bene facit ff.de acqui.re.do.l.Pomponius.In contrarium inducit, quia ſua probitate acquiſiuerunt:eorũ ergo ſint:ſicut aliàs dicitur C.de allu.& pa. l.ĩj. & ſi perdidiſſent illi equos & arma,iſti non reſtituiſſent : ergo non petant,cuius cõtrarium petituri non eſſent.C.de ſolu.l.pe.dicit de iure primam partẽ veram per iura inducta:ſed conſuetudo Italiæ tenet contrariũ. & tunc ſic fuit iudicatũ.quod procedit quando nõ incontinenti fuerunt recuperati:quia tũc ſecus:vt in l.Pomponius.Dicit etiã tunc quæſtionẽ procedere,cũ Veroñ.erant hoſtes viri Romani:quia cõtra pacem eccleſiæ.

f ¶l.j.Hucuſq; Roffre,de hoc membro,in quo tractat,an poſsit raptor conueniri furti manifeſti,& non manifeſti:non videtur dubium de ſecũdo,cũ lex expreſsè hoc dicat,ff.eo.l.j.Item l.ĩj.§.vt generaliter.& Inſtitu.eo.ti.§.fina.In quibus dicitur,quòd vbi in re clam facta competit furti actio,competit & iſta:propter quas leges inſurgit dubium de primo: cũ tamen prima facie quiſq; iudicaret contrarium : ſcilicet de manifeſto.non dubium: cùm nullus improbior fur,quàm qui vi rapit.Inſti.vi bonorũ rap.in prin. & ff.eo.l.ĩj.ver.nam Iulianus.ergo propter cõparatiuum etiã plus quàm manifeſtus dici debet.Item lex,ſi vendidero.§.cũ raptor.expreſsè dicit,q̃ raptor eſt fur manifeſtus.Item prædicta l.ĩj.§.ſi in re.apertè dicit,quòd raptor ſuum delictum publicat.Roffr.primò dicit,reſpondeat qui poteſt.Demum diſtinguit inter raptorẽ viſum & deprehenſum & non viſum: vt primus ſit manifeſtus,ſecundus non.Remittit autem ad ea,quæ ſcripſit Inſti. de act.§.ex maleficio.Et quia habeo ipſius ſcripta ſuper illo titulo: verum eſt quod ibi diſtinctionẽ prædictã repetens diſtinguit inter viſum & nõ viſum.& in ſecundo ceſſabit actio furti manifeſti.ff.de fur.ſi quis ex domo. & ff.vi bono.rap.l.ĩj.§.ſed ſi nemo.Sed opponitur,quomodo habebit locum l.ĩj.vi bono.rapto.vbi nullus vidit:& ſic nulli facta eſt vis ? Reſpondet cum Petro:quia is qui rem abſtulit,paratus erat vim facere,ſi aliquis reſtitiſſet.Ex quo propoſito conuenitur vi bonorũ raptorũ ff.de fur.qui iniuriæ.extra,de ſenten.excom.cum voluntate.in prin.Ad leges primò allegatas reſpondet ſupplendo,vt ſit ſenſus quod vbi in clam facto competit non manifeſti,competet vi bono.rapto.ſupple,ſi palam fiat.aliàs eſſet abſurdum,& iniquè dictum,& eſſet potius conuertendum.

De raptor.& incen.& uio.eccleſiarum. e *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Actio vi bono.rap.illi competit,cui per violen tiam res mobilis aufertur.& qualiter in hac actione ſit libellus formandus.

2 Ciuitas,caſtrum,vel villa, in cuius territorio fit rapina,debet illam emendare.

2 Actio in factum contra dantem damnum, illi cõpetit,cui turba co adunata damnum dat.

4 Incendio orto,vel naufragio imminente,aliqui res aliquas ſurripiunt,an ſint furto puniendi.

5 Res deponens in domum vicini occaſione incendĩj,an ſit reprehenſibilis.

1 SI quis per violẽtiam rẽ tuam mobilem tibi auferat, locum habet actio vi bonorũ raptorum,quæ intra annum eſt in quadruplum:poſt in ſimplũ.ff.vi bo.rapto. prætor.§.inhac actione.Inſti.e.§.quadruplum.ſic ergo concipiet libellũ.L I B.Coram &c.conquerur de P.qui per violentiã mihi abſtulit Codicem meum, vel commodatũ,vel depoſitum : vnde peto ipſum in quadruplum condemnari.ad hoc propono actionẽ vi bonorũ raptorũ.Hæc forma probatur Inſtitu.vi bo.rap.§.j.ff.eod.l.j.& l.prætor.

¶Actor ergo ſic ponet.P O.A C.Pono quòd res quam rapuiſti vel abſtuliſti,eſt Codex,vel veſtimẽtum, vel bos, vel aſinus: vt per hoc appareat,quia illa res ſit mobilis.Inſti.eo.§.melius.ff.de verb.ſigni. ſi iumentum.Item q̃ illam rem mihi abſtuliſti,vel aliqs de familia tua: vt in præ.l.prætor.§.hæc actio. extra,de reſtitu.ſpo.cũ ad ſedem.Item quòd res illa eſt mea,vel ſaltem mihi fuit commodata.ff.eo.prętor.§.in hac actione.&.§.ſi quis igitur.Inſti.eo.§.ſane.Item q̃ per vim mihi abſtuliſti res illas.Hoc cõceſſo,conſtat quòd dolo fecit.ff.eo .prætor.§.doli mali.Item quòd ſunt tantũ ſex menſes,quòd prædictam rapinã feciſti.¶Reus verò ſic: P O.R E I. Pono q̃ res,quam me dicis rapuiſſe, eſt mea.ff.eo. prętor.§.hoc autem.Inſtit.eo.in princi.Item quòd rem illam accepi credens hoc mihi licere.ff.eo.prætor.§.in hac actione.Inſti.e.§.j.in fi.j.q.iiij.c.fin.Itẽ quòd ex quo accepi tu ſciuiſti quando accepi.Itẽ quòd poſtq̃ ſciuiſti me accepiſſe,tranſijt annus,& vltra.Item quòd in illo anno poterat reddi ius.ff.ſi f quis ordo in bono.poſſeſ.l.j.§. dies.ff. de diuer.& 2 tempo.præſcriptio.l.j.f ¶†Sed ponet inter ſtatuficaſti.¶†Sed quæritur,quomodo inſcribet ſe iſte, qui fortè laicus eſt,vel minoris ordinis:cũ nõ poſſit ita puniri,vt ſacerdos? Reſpon.ſic: Ego L.profiteor me hunc libellum tali anno,menſe, & die dediſſe.& ſi hanc accuſationem calumniosè inſtituo, promitto pœnã pro veſtro arbitrio mihi imponẽ dam ſuſtinere.& ad hoc me obligo.v.q.vj.quia iuxta.Vel dic quòd tũc ſe non obligat ad talionem. De hoc ſ.in ti.de accuſatore.ver.item quòd nõ eſt. 8 ¶†Porrò a ſi tibi ancillam vendo,vel etiam alio modo trado,eo pacto,ne eam proſtituas,ſi hoc feceris ipſo facto fit libera,per cõſtitutionem diui Adriani.C.ſi man.ita ve.ne proſti.l.j. b ſic ergo libellus concipitur:L I B.Coram &c.conqueror de P.cui cũ dominus meus me ancillam ſuam vẽdidiſſet,ne me proſtitueret,ipſe P.me tamen proſtituit:vnde peto me per vos liberã pronunciari:vt in præ.l. Vel dic q̃ ſufficit hoc dicere viua voce c .¶†Itẽ cõſtitutio imperatorum Theodoſĩ & Valentiniani ſubuenit ancillis & filiabus in poteſtate cõſtitutis, quibus domini imponunt neceſsitatem peccandi, vt poſsint ſuffragium epiſcopi implorare.ſic ergo libellus concipitur.L I B.Coram &c.cõqueror de P.patre,vel domino meo qui mihi inuitè neceſsitatem peccandi impoſuit,quòd tali me ſuppoſuerit: & ſic fuit leno meus.vnde peto, q̃ compellatis patrem meũ vel dominum,vt me emancipet vel manumittat.& ad hoc imploro ſuffragiũ, vel officiũ veſtrum. Alĩ ſic cõcipiũt libellum:L I B.Coram d vobis domine epiſcope,peto ego filia, vel ancilla talis liberari à patria vel dominica poteſtate : cùm ipſe pater,vel dominus meus neceſsitatem mihi impoſuerit peccandi,vel me tali ſuppoſuerit : & ſic fuit leno meus.& ad hoc imploro officium veſtrũ. C.de epiſ.au.ſi lenones.C.lib.xj.de ſpecta.l.fin.De hac materia vide ſ.de accuſa.ver.item contra agentem.¶In ſeq.tit.non eſt libellus neceſſarius.

a ¶Pedius.Idem Dy.eo.titu.l.ne quid.ibi etiam tenet.& in l.j.ff.quando ex fa.tu.per ipſam legem quod hoc caſu nõ probabitur damnũ vel intereſſe per iuramentum,ſicut fieret cõtra raptorẽ probata violentia,per l.ſi quan do.C.vnde vi.quod procedit cõtra violentũ & in ipſius odium.ſic extra, quod metus cauſa.c.fi.Idem in vtroq; dicto recitat, & tenet Iac,de Bel.in authẽ.vt nulli iud.

§.quoniã verò.col. ix. allegat etiam C. de in lit.iur.l.alio iure.& l.ſequẽ. Sed quem dices iudicẽ prædæ ſi illa confi nia non ſunt ſub eodem iudice ſed ſub diuerſis?Et du bitaꝛ,in cuius par tis finib⁹ facta fuit præda.Dy.ſuper l. ſiue.ff.de libe.agn. ver.quod ſi hoc.di cit per ipſum verſi. quod vterq; iudex procedere poterit propter dubium. a & procedit hoc di ctum ſecundũ vlti mam lecturã,quam ponit ibi gloſſ.pro b qua facit ff. de excu . tuto . iuriſperitos.§.j. per quẽ tenuit hic Guido de Suz.xt dixi ſ.de cõ pe.iudi.adi. §.j.ſub ver. vj.verſicu. ſed c pone.Cõſtat enim quòd ex quo par eſt vtriuſque cauſa: alter alterum impe dire nõ poterit.ex tra, de elect.innotuit.vbi concor. qa tamen videtur abſurdum, quòd ſuper vno negotio quis ad diuerſos iu dices trahatur. extra,de reſcri.ca.vlti. C. de iudi.l. nulli.

2 ta per nos in patrimonio beati Petri,dum illud regeremus,edicta conſtituimus,vt ciuitas, caſtrũ,vel villa,in cuius territorio fieret rapina,illam emẽdet. Si verò in finibus duarum villarũ,nec apparet,in cuius cõfinio,vtraq; emendet.xxiij. quæſt.j. domi nus.Contingit fieri rapinã in cõfinio duorũ caſtro rum:nec apparet infrà cuius territoriũ,quorũ vnũ magnum eſt,aliud paruum:quæritur an æqualiter ſoluent.Et videtur quòd ſic.C.de epiſ.& cleri.authen.cauſa,quæ fit.C.de app.quoniam.ff.de leg.j. ſeruus.§.fi.Arg.contra quod maius, magis ſoluet: quia loca nominata nõ ſunt.ff.de lega,j.ſi hæredes. ff.de reb.dub.vtrum.§.fi.ff.ad Treb.quoties.ff.de duobus reis.l.antepenul.ff.de ſtipula.ſeruo.ſi com munis ſeruus.Solu.videtur q̃ pro locorũ quantitate diuiſio fiet.ff.de cenſi.cũ poſ.ibi: vt omnes pro modo,&c.& C.lib.xj.de naufra.l.fin.ff.de incend. rui.naufra.Pedius.[a] ¶†Verũ cũ tibi turba coadu 3 nata damnũ dat prætor tibi dat actionem in factũ contra dantẽ,quę intra annum vtilẽ eſt in duplum, poſt in ſimplum.ff.vi bonorũ rapto.prætor ait.reſpon.j.[b]Sic ergo cõcipitur libellus.LIB.Corã &c. conqueror de P.cuius dolo malo in turba damnũ datum eſt mihi in centum vel tantũ amiſi, vel talia ſciſſa ſunt,vel fracta ,vel corrupta :vnde in duplũ mihi dari peto.& ad hoc propono actionẽ in factum ex edicto prætoris,cuius dolo malo damnũ in turba factũ eſſe dicetur: vt in præ.l.& extra, de ordi.cog.c.cũ dilectus.in prin.[c]Actor ergo ſic po nit.P O.A C.Pono q̃ decem homines, vel vltrà fuerunt in tali loco congregati: vt in præ.l.prętor ait.reſpon.j.& §.neq;.Item q̃ dolo tuo, vel ad tuũ clamorem,vel dictũ illa turba mihi damnũ dedit: vt in præ.§.neq;.& §.edicto.& §.ſi quis aduentũ. Item q̃ propter inſultũ illius turbę datum eſt mihi damnum in cẽtũ vel talia ſunt amiſſa,vel ſciſſa, vel fracta.ff.eo.prætor.§.j.idcirco.Item q̃ illa mihi cõtigerunt in turba: vt in præ.l.prætor.§.hæc actio. Item q̃ adhuc ſupereſt de iſto anno vtili,quo hæc acta ſunt.ff.eodẽ.prętor.reſponſ.j.¶Reus verò ſic: P O.R E I.Pono q̃ homines in taliſ loco congregati fuerunt octo.hoc enim conceſſo, ſuccumbet vel pluries de ipſius delicto quæratur.ff.nau.cau.ſta.licet.§.fi.quod dic vt de accu.de his.eſſet honeſtum,vt inter ſe conuenirent,vt alter cognoſceret & alter deſiſteret.Et puto quòd ſufficeret talis conuentio ſine commiſsio ne.de reſcrip.paſtoralis.iu prin.ſicut dicitur de patronis,qui ſine cõmiſsione conueniunt.in cle.de iure pa.plures.imò in foro ciuili plus procedit cõuentio,cẽ commiſsio,quæ prohibetur in criminalibus.de quo ſ.tit.j.§.fina. ver.item q̃ eſt delegatus in cauſa.cũ ſua remiſ.nec improbo iudiciũ ſortis in hoc caſu,ſi nõ cõuenirẽt.xxvj.q.ij.ſors.C.cõmunia de leg.l.ij.in prin.de quo ſatis ſcripſi de ſortile.c.vlti.in fi.&,vt ibi dixi,altero hoc petente,ſuperior ad id cogeret reliquum.& eſt ſimile quod not.lxv.di.c.vlti.in glo.ſed nunquid.Si qua verò pœna pecuniaria exigeretur à prædone,vel in ipſius bonis inter illos videretur diuidenda per dimidium.de parochijs.c.j.de ſepultu.cũ quis.§.j.lib.vj.ff.de pigno.ſi fundus.§.ſi duo.in fi.& l.ſi debitor. quæ vt dixi,procedunt quando in iudicibus eſt paritas:puta vterq; defenſor ciuitatis.Si verò alter eſſet præſes prouinciæ per ſe regens & ſedem habens in altera illarum ciuitatũ,& reliqua eſt de ſuo præſidatu:tunc dico,q̃ ad ipſum ſpectaret in hoc dubio cognitio & punitio: cũ licet de altera ſit dubium:de altera eſt certum.& idẽ videretur in ſolo dubio.Bene facit de præbendis.ſi à ſede.in fin.& c.ſi pluribus.& c.hi qui.lib.vj.

b ¶Reſpon.j.Et quinq;,quæ requiruntur:poſitiones oſtẽdunt .

c ¶In princ.Quid ſi facta ratione:vt ſ.concludam,vnde peto iuſtitiam,Dicit Rof.q̃ Aquil.videtur propoſita,quæ minorem condemnationem exigit.Facit ff.de pœ.ſi præſes.& l.interpretatione. & vide ſ.de lib.concept.§. iam nunc videndum.ver.ſed cũ ex his.Sed ad quid hoc edictum fuit inuenem,cũ ſufficeret Aquil?reſponde,q̃ hic requirit dolum: ibi ſufficit etiam culpa leuiſsima:vt d.tit.in l.ij.Inſtabis,& ſi ſufficiat leuiſsima,datur etiam pro dolo.Sol.non conqueraris ſi prætor fuit largus.Item in caſu doli,iſta plus confert:& ſic non ſuperflua.

d ¶§.j.tria quæ requiruntur,poſitiones docent.

e ¶Expugnata.Illud verbum expugnata,exponit lex expugnatur.ff. eo.dicens expugnatur nauis,cũ ſpoliatur,mergitur diſſoluitur,aut perfunditur aut eius funes præſcinduntur aut vela conſcinduntur aut anchoræ inuolã tur de mari.& hoc vltimum alludit vulgari noſtro:vt ibi no.

f ¶Remãſerũt.Et ſi vera eſt,repete poſitionẽ de dãno lapſo: vt ſ.proximè.

De furtis *Rubrica.*

b ¶ Conci. lib. secundùm Bo. & Ægi. vt dixi, ab eis tamẽ discordat author, qui ponebat maiorem summã in restitutione. primus de xx. & restitueret xxvj. secũdus de x. & restitueret xx. Puto authorẽ latentiorẽ fraudem inuenisse: quæ tamẽ non procedit, nisi quãdo maior ꝯtitas expressa fuit in emptione: vt quia mutuauit lxxx. & venditor dixit de cẽtum, & ꝙ propter pẽsiones reddi sufficeret xc. Quicquid tamẽ sit, ipse author ponderat fraudem, cùm venditur quod verè pignoratur. De vsuriorũ fraudibus plenè scripsi de emp. & vend. ad nostrã. in magna glo. Et si constitutio, quã ibi fieri optabam. in ver. aliud nouũ. & ver. seq. ab apostolica sede manasset, quæstio exorta de facto quærens de vsurario, cui obligatus erã de sorte & vsura, exegit à me vtrũqꝙ: & postea à me remissionẽ obtinuit prius extincta in totũ obligatione: & sic non est locus illi glossæ, si creditor post remissionẽ vsuras exercuit, & postea decedens confessus se vsurariũ restitui iubeat vsuras per se extortas: venit in dubiũ, an remissione non obstante illas vsuras solutas repetere posset. Consuluimus adoptiuus meus & ego, in his recurrẽdum ad cõiecturas. Facit de renũ. c. ñ. lib. vj. inter quas satis est fortis illa, ꝙ post remissionem exercuit vsuras: vt scripsi vbi s. & fortior esset, si remissio facta fuisset obligatione non extincta, vt ibi. Est etiam coniectura sumẽda ex quãtitate vsuræ an sit temperata: vt quæ fit ad duos denarios pro libra in mẽse, vel ad minus: & tunc facilius præsumemꝰ remissionẽ voluntariã: qa de facto videmus vsurarñs curialibus etiã non repetẽtibus tales leues vsuras remitti. Sufficiat ad hoc dictũ ff. de proba. l. iñ. & regula, inspicimus. li. vj. & quod ibi no. & in regula, in obscuris. Posset etiã idem coniecturari pro creditore, quando vsura esset grauis: fortius si leuis, maximã vtilitatẽ attulisset debitori: puta hæreditas notabilis erat delata, vel apprehẽdenda vel apprehensa perdenda, si intra mensem nõ soluerẽtur legata pia quod instituti facere non poterant, nisi fœnerator hoc mutuasset, facilè hoc cõiecturari non posset remissionem oblatã: vel saltẽ fuisse voluntariam. Itẽ vidi de facto damnãdum de crimine capitali per potentẽ amicum defensum à pœna capitis, quę cõuersa fuit in pœnam pecuniariã: cùm ad illam soluẽdam, saltẽ intra terminum statutũ ille non sufficeret: ille potens & fœnerator sibi illam mutuauit, qui debitor postea sortẽ & vsuras soluit, & vsuras remisit: quis ipsius non crederet remissionẽ hic fuisse oblatam, vel saltẽ voluntariam. his & similibus concurrẽtibus non cogetur hæres vsurarñ, de quo quæritur, vsuras remissas soluere: sicut nec cogeretur soluere semel solutas. æquipollent enim ista. viñ. q. iñ. talia. de testi. veniens. el j. vbi concor. in glo. & patet ff. de sol. solutionis verbum. ff. de ver. ob. significationis. & l. solutionis verbo. Facit de simo. per tuas. iñ. Sufficiat ergo quomodocunqꝙ sit satisfactũ. de appel. præterea. ñ. cum concor. in glo. & his quæ super ea scripsi. Facit quod

nulla

no.Host.in Summa huius titu.§.quæ pœna.ver.quid si fœnerator.Non obstant his,quæ scripsi post Dynum super regula, peccatum.in fi.lib.vj. scilicet q̃ remissio non liberat,nisi pecunia sit parata ad restitutionẽ: quia illud verum quo ad pactũ:nec mirum: quia etiam solutio facta hoc casu non liberat à peccato: vt notatur in Clemẽ.de vsur.ex grandi.in glo.antepenult. vel procedat illud, cùm aduersantur probabiles coniecturæ: vt j.dicam. Quo casu etiã promptitudo, vel præsentia pecuniæ nõ iuuaret. Tamen vt ibi scripsi, non puto tutũ illũ,qui gerit in animo non restituere restitutione nõ facta. Vbi verò vsura esset grauis vel grauissima concurrente coniectura perseuerantiæ in crimine, & potissimè si tales remissiones procurare consueuit,cum tali perseuerantia:& eo fortius, si talis & tam potens esset,quòd non remittentem multùm grauare posset,puta in collectis, vel oneribus ciuitatis, vel his similibus,vel ex alio contractu habet illum obligatum in solidum cum alijs, & poterat eum solum conuenire, & ab illo totũ exigere. His & similibus casibus adiunctis præsumptio est, q̃ non sponte præsumitur quis iactare pecunias suas.ff.de proba.cùm de indebito. Diceremus remissionem vsurarũ non obstare petenti,vel eius heredi: quasi per hoc appareat fraus vel fictio,ad quam fœneratores laborãt: propter quæ præsumitur contra eos:vt in clemen.de vsuris.ex grandi.de pig.illo vos.in fi. & scripsi in decr.ad nostram.allegata §.post princ.

ADDE, An sufficiat vsurario in foro conscientiæ remissam sibi satisfactionem vsurarum,Federi.consi.xviij.&xxij.Et an non obstante remissione,remittens possit repetere,Cald.consi.x,

a ¶Conci.secundùm Rof.vt dixi in principio, qui tamẽ sibi ipsi opponit, q̃ libellus super vsuris petendis,quæ prohibitæ sunt formare non debuisset.Respondet q̃ vitium non est in forma libelli:sed in subiecto,quod petitur.Item si excusat,q̃ format secundùm opinionẽ,quæ habet tales vsuras,quæ petuntur ex mora,venire vt interesse in his contractibus bonæfidei.Ante formationẽ autem libelli,ipse prius opposuerat vsuras non stipulatum peti nõ posse.C.de vsur.quamuis.Soluit,illud verum in contractibus stricti iuris.Item opponit generaliter etiam iure ciuili vsuras dãnatas:cùm leges sacros canones imitẽtur.in auẽ.quomodo oporteat epi.col. j.& de eccle.tit.in princ.vbi satis de hoc.C.de vsuris.auẽ.ad hæc.& extra, eo.quia in omnibus.in j.glo.& vt supere dixi: Erubescentia huius vitij cessat propter multitudinem peccantium communiter: vt etiam ibi scripsi.Legistæ fatentur vsuras illicitas,sed negant eas iure ciuili prohibitas.Si vis in hoc saturari,vide quod scripsi in prædicta regula,peccatum.in quinto articulo.& ideo plus non insto.

ADDE quæ latè posui post Alexan.in l.cunctos populos.C.de summa trini.& fide catho.

nulla pronunciari, & eis non obstantibus domum ipsam mihi restitui,& ad hoc ipsum P.sententialiter condemnari, maximè cùm vsuras consueuerit exercere.extra,de emp.& vend.ad nostram.de pigno.illo.extra,eo.quia frustra.C.plus valere quod agitur.per totum. ¶ †Porrò in bonæ fidei iudicijs 4
& in his,quæ imitãtur naturam ipsorum, vt in legatis:vt C.de in integ.rest.minorũ.in minorum persona.C.de vsur.& fruc.lega.seu fideicom.l.j.ij.& iij.Ex sola mora veniunt vsurę:vt in prę.l.& ff.de neg.gest.si pupilli.§.fi.& l.quia. non tamẽ vt vsuræ,sed tanq̃ interesse.ff.pro socio.sociũ qui.& petuntur iudicis officio loco principalis actionis.sic ergo libellus concipitur.[a] L I B. Corã &c.conqueror de P.qui cùm mea negotia gessisset sine mandato:vel cùm fuisset socius meus,vel tutor,& tãtam pecuniam conuertisset in suos vsus,quam vel penes se tenuit,vel in mora fuit,quod mihi noluit soluere: ideo propter moram dictæ pecuniæ non solutæ,tãtam pecuniam nomine vsurarum ex mora currẽtium præstari mihi ab eo peto officio vestro,domine iudex:& ad hoc propono officiũ vestrum:vt in præ.l.& ff.de neg.ges.quia.ff.pro soc. socium,qui. Vtrum autẽ damna,interesse & sumptus peti possunt,no.s̃.de fru.& interesse.§.sequitur.& seq. ¶ †Pone,vsurarius rem emptam ex fœnore mihi dedit:pòst efficitur non soluendo:quæritur an possit [b] rem illam à me repetere:& vtrum ego in foro animæ tenear restituere. Et videtur q̃ non: quia pretium ex re furtiua redactum non est furtiuum.ff.de fur.qui vas.§.fi.Item vitia personalia non transeunt ad successores.extra, de fil.præsby.ex transmissa.Ala.& frater R.dicunt,q̃ille potest repetere:& ego teneor restituere : vt extra, e. cùm tu.Succedit enim in his res loco pretij, sicut econtra pretium loco rei.ff.de peti.hære.si & rem & pretium. [c] ¶ †Sed pone:communitas aliqua' cepit mutuo centum à quodã habitatore eiusdẽ loci, hoc pacto, vt donec ei satisfieret,nihil solueret pro collectis:& sic diu seruatũ est.demum communitas soluit debitum.& repetit ab eo collectas nõ solutas tanq̃ vsuras:quęritur quid iuris. Et videtur q̃ sit vsura.nam collectam soluisset:ergo tantum est lucratus.ff.de condi.ob cau.ad diem.ff.mand.inter causas.§.si quis.ff.de lega.j.si fundum.§.Titio.Ad collectam enim omnes tenentur patrimonium habentes.ff.de mun.& ho.rescrip.in fi.C.de mu.pa. l.fi.lib.x.vnde absolutus ab hac tantum accepisse videtur.ff.de reg.iur.si quis oblig.& facit C.de calum.quando etiam.imò quantum soluisset,nisi pactum fuisset,tantum videtur de alieno percepisse.

propter quæ præsumitur contra eos:vt in clemen.de vsuris.ex grandi.de pig.illo vos.in fi. & scripsi in decr.ad nostram.allegata §.post princ.

ADDE, An sufficiat vsurario in foro conscientiæ remissam sibi satisfactionem vsurarum,Federi.consi.xviij.& xxij.Et an non obstante remissione,remittens possit repetere,Cald.consi.x,

a ¶Conci.secundùm Rof.vt dixi in principio, qui tamẽ sibi ipsi opponit, q̃ libellus super vsuris petendis,quæ prohibitæ sunt formare non debuisset.Respondet q̃ vitium non est in forma libelli:sed in subiecto,quod petitur.Item si excusat,q̃ format secundùm opinionẽ,quæ habet tales vsuras,quæ petuntur ex mora,venire vt interesse in his contractibus bonæfidei.Ante formationẽ autem libelli,ipse prius opposuerat vsuras non stipulatum peti nõ posse.C.de vsur.quamuis.Soluit,illud verum in contractibus stricti iuris.Item opponit generaliter etiam iure ciuili vsuras dãnatas:cùm leges sacros canones imitẽtur.in auẽ.quomodo oporteat epi.col. j.& de eccle.tit.in princ.vbi satis de hoc.C.de vsuris.auẽ.ad hæc.& extra, eo.quia in omnibus.in j.glo.& vt supere dixi: Erubescentia huius vitij cessat propter multitudinem peccantium communiter: vt etiam ibi scripsi.Legistæ fatentur vsuras illicitas,sed negant eas iure ciuili prohibitas.Si vis in hoc saturari,vide quod scripsi in prædicta regula,peccatum.in quinto articulo.& ideo plus non insto.

ADDE quæ latè posui post Alexan.in l.cunctos populos.C.de summa trini.& fide catho.

b ¶An possit.Supple,qui soluit vsuras.

c ¶Si & rem & pretium.quæstio cum suppletione,quam feci,fuit venereal lxxvj.& dicit ibi Ber.Alan.& Tanc.hoc tenuisse,vbi res peruenit ex causa lucratiua:secus si non ex lucratiua.Vide quod dixi in præcedenti decretali,cùm tu.super vltima glossa,quæ fuit Ala.& vide per Host.in Summa huius tituli. §. fin. versi.nondum autem.& versi.seq.

ff.de pe.hære.sed & si.§.quod autem.& §.seq.vnde videtur hic vsura compensari cum collectis: & sic vsuræ percipiuntur.ff.de rei vend.emptor.§.fi. d
respõ.j.quia videtur soluere,qui compensat.ff.qui po.in pig.hab.si debitor.& scriptum est,Mutuum date,nihil inde sperantes.extra,de vsuris.cõsuluit. & quicquid sorti accedit, vsura est.xiij.q.ij.plerique.& pro hac parte facit ff.de hære.vel actio.vẽ. l.ij.§.non tantum.ff.ad l.Aqui.si seruum.Sed dic cõtra:multùm enim interest de suo lucrum non tribuere,& aliena non capere.ff.de dam.infe. Proculus. ¶ †Nec est vsura suum retinere,& non perdere.nam aliud est acquirere,& aliud non amittere.ff. de col.bo.l.iij.§.si is,qui bona.& aliud est lucrum, & aliud sumptus,quos quis facturus erat.ff.de leg. iij.si meliores.& l.si rem.& aliud est pœnam euadere,& aliud lucratiuè aliquid percipere.ff.eo.imperator.& §.si centum.& facit C.de codicil.l.fin. & C.de cad.tollen.l.j.§.siue autem.† Nec est idem damnum inferre,& lucrum non capere.ff.de furt. si cui commodato.§.fin.nec est idem, tua tibi non auferre, & lucra non reddere.ff.de nego.gest.qui siue. Vel solue secundùm ea, quæ not. extra de vsur.conquestus.[d]

d ¶Conquestus.Nescio quid velit iste finis:sed, vt scripsi eodem titulo,consuluit super versi.nihil distingui posset inter certa & incerta. arg. decret.vlti. eod.titu.&c.

e *De crimine falsi.* [e] *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Libellus qualiter sit contra fabricantem falsam monetam concipiendus.
2 Contra bullam papæ falsificantem,qualiter sit libellus formandus.
3 Libellus contra clericum falsarium,qualiter sit formandus.
4 Clericus falsis scienter vtens literis, peti potest ecclesiasticis officijs priuari.
5 Contra delentem chirographum,qualiter sit agendum.
6 Testes falsariorum chirographi probaturi,quibus verbis vti debeant.

1 SIc libellus concipiatur: L I B. †Coram &c.propono ego &c.contra P.q̃ ipse hoc anno mense tali,regnante tali,fabricauit falsam seu adulterinam monetam in ciuitate Bitereñ.in domo Gul.Arnaldi legum professoris, in prima camera domus: & ipsum coram vobis super hoc accuso : quare peto

e *De crimine falsi. Rubrica.*

¶ Principium ad vers.sed secundùm Cano.fuit Roffr.in nostris libellis.& libellus fuit sextus in ordine libellorũ & continuatur materia vsq̃ ad ver.si verò.ibi facit quatuor remissiones formando circa vltimam vnã quæstionẽ. Ad materiã pertinet quæstio de teste,qui falsum deponit non iuratus.quã vide super regula,non est sine.lib.vj. ¶ Quæstio tertia & quarta Ioan.de Deo libro secũdo,vide de cõsti.c.secundo.eod.lib.super ver.ignorans.de teste,qui ad requisitionẽ alterius iudicis coram suo iudice deposuit,coram quo fieri debebat accusatio de falso:vide s̃.de test.§.j. versi.quid si aliquis.An propter dependentiã accusationis,vel exceptionis de falso contra testes,qui deposuerunt de crimine,differri possit sententia vltra tempus limitatũ per statutũ,vide s̃.de leg.§.restat.super versi.quid si in statuto versi.& quia.vbi Vber.de Boñ.tractat de duobus ludentibus ad par & impar:& conditio ludi,quod vnus facit postam aliquorũ denariorum:& alter respondet,par vel impar:numerantur.Si verum dixit, lucratus est illos:si falsum,tot numero soluit.In posta illa repertus est vnus denarius falsus,quo computato vincit vnus:aliàs reliquus:quæritan sit computandus? Quòd sic,allegat quòd falsus rector est rector.Idem in falso testamento,vel falso modio,hoc patet ff.de ver.signi.l.Paulus respondit falsum tutorem.Facit ff.de actio.emp.l.penul.§.fina.In contrarium falsus denarius non dicitur denarius.ff.de pigno.actio.eleganter.§.qui reprobos. Distinguit,an postam faciens sciret denarium esse falsum:& tunc sibi non proderit.ff.ad.l.Cornel.de fal.l.lege Cornelia.in prin.aliàs secus.De Alchimistis dubitari solet,an incidant in pœnam falsi:quidã eis adaptant verba Pauli ij.ad Timo.iij.in princi.quæ vide xxvj.q.v.nec mirum.ibi:& iuxta

Pauli sentētiā,&c.similiter militis deceptionibus dant causam:nec est sciē-
tia pietatis.xxxvij.di.si quis.dicitur etiā illam artē,vbi ad aurū tēditur,non
fieri sine auri decoctione.quod est lege prohibitū.C.de aur.pub.perscru-
tatoribus.l.j.lib.xj.In contrarium,qui ex magisterio artis sine arte magi-
ca,vel alia legibus prohibitis.C.de thesau.l.vnica.lib.x.de vili metallo fa-
cit pretiosum,com
mēdandus est:quia
in hoc auget Rem-
publicā.C.de me-
tallarijs.l.j.lib.xj.&
isti metallarij pri-
uilegiati sunt con-
a tra præalle.l.vnam. 2
de thesau.& ff. de
acqui. re.do.l.iij. vt
ingredi possit alie-
nū fundum eo inui
to.& c.ti.de metal.
l.iij.nec mutāt vnā
speciē in aliam di-
uisam:sed vnā me-
talli speciē faciunt
meliorē,vt de stan-
no,vel ære, argen-
tum,vel aurū.Nec
mirum,cùm videa- 3
mus ex vermibus
produci sericū, ex
herba vitrū:vt ha-
bet in libro de pro
prietatibus rerum.
vbi de alchimista.
quia omnia metal-
la procedūt ex sul-
phure & argēto vi
uo. sed ex virtute
elemētorum maior
est influētia in vno
loco, q̄ in alio.ex
quo euenit q̄ vno
loco,vel minera,fit
stannum, alio argē
tū, alio aurū.Cùm
igitur ars imitetur
naturā.ff.de adop.
l.adoptio.non vidē
tur alchimistæ pec b
care si per virtutē
herbarū, lapidum,
vel aliquorū elemē
torū,meliorant me
tallum in metallū
pretiosius:cùm am
bo fuerūt eiusdem 4
speciei & princi-
pij.Facit Insti.qui.
mo. tollit ob.post
prin.Consentaneū
est verbis tolli, qd̄
verbis inductum
est.Augustinus di-
cit in libro de ciui-
tate Dei, q̄ sunt in
rebus corporeis per omnia elemēta quædam seminariæ rationes occultæ:
quibus cùm data fuerit opportunitas temporalis atq; causalis,prorūpunt
in species debitas suis modis & finibus.Habetur hoc ad literā xxvj.q.v.
nec mirū.ante mediū capituli.Itē videmus, q̄ nō est grandis pœna illius,
qui etiā sciēter dat æs pro auro,tenetur etiā crimine stellionatus,cui⁹ pœna
est extraordinaria.ff.de pig.act.l.j.in fi.& de cri.stel.l.ij.Plus nostris dieb⁹
habuimus magistrū Arnaldū de villa noua in curia Romana summū me
dicū & theologū,de quo scripsi de obser.ieiu.cōsiliū.qui etiā magnus al-
chimista virgulas auri,quas faciebat,cōsentiebat oī probationi submitti.
ADDE prædicta videnda per Old.consi.lxxiiij.

a ¶l.ij.Et de hoc de iureiu.quanto.in prima gl.& vide quod super ea dixi.
b ¶Delictum.Facit de rescrip.ex parte.j.de testib.causam quæ.in fine.
c ¶In lege Aquil.si deletum.& quid dicat lex illa,vide in suffra.decr.signifi
cauit.de testibus.cuius decre.materia cum ibi notatis facit ad propositū.
d ¶Prope finem.Longus est tractatus, & est inter ciuiles.ad ipsarum finē
septimus.& sequens quæstio ibi est ad literam in vlti.colum.versic. item
quæritur quid.

eum per vos pœna capitali puniri, & puniendum
fore sentētialiter condēnari .& ego.L.&c.vt s̄.de
accu.§.j.C.de falsa mo.l.j.§.si vero longissime. Et
hoc cū moneta falsata nō est aurea.Si verò sit au-
rea,& esset propria Imperatoris:tunc dices,quare
peto ipsum flāmis viuis exuri:& ad hoc ipsum sen
tentialiter cōdēnari.C.eo.l.ij. 2 ¶†Si autē quis falsa
uerit bullā dñi papæ vel imperatoris,& vtitur:cō-
ci.vt.s̄.j.lib.verbis cōpetenter mutatis.C.e.l.fin. &
ad.l.cor.de fal.verto.&.ff.e.l.j.extra,eo.ad falsario-
rū.In literis verò vel sigillis regum vel iudicū, vel
aliorū tene vt extra, eo.ad audientiam.de rescript.
olim.& no.de of.dele.cùm olim magister. In alijs
etiam multis casibus,vbi de falso agitur, conci.eo-
dem mō libellus hoc saluo:quia in conclusione di-
cas sic: quare peto ipsum perpetua deportatione
puniri:& eius bona publicari.ff.ad.l.cor. de fal.l.j.
§.pœna falsi.Si verò agis ciuiliter de falso, ages ad
duplū:& concipiē vt in alijs ciuilibus.ff.eo.hodie.
¶†Sed secundùm canones contra clericū falsariū
sic cōcipiē libellus. LIB.Corā &c.propono con-
tra P.presbyterum,vel diaconū,vel rectorem, vel
canonicum talis ecclesiæ,q̄ ipse quādā bullam vel
literam falsauit,opponendo videlicet falsam bullā
falsis literis,vel extrahendo filum de vera bulla &
per alium filum immissum eam falsis literis inserē-
do.& sic de alijs prosequere vt extra,eo.licet.& s̄.
de impu.rescripti.§.primò igitur.Super quo eum
corā vobis accuso:quare peto eum officijs & bene
ficijs ecclesiasticis perpetuò priuatum per vos nū
ciari,& declarari,& à suis ordinibus degradari,de-
gradatumq̄ curiæ seculari relinqui legitimè puniē
dum:& ad hoc ipsum sententialiter cōdemnari.&
ego L.&c.vt s̄.de accu.§.j.versi. vlti.extra,eod.ad
falsariorum.§.nos autem. & de ver.sig.nouimus.l.
dist.si episcopus. Sed cōtra. xix.di.vt memoriam
vbi is,qui falsis literis vtitur,mandatur in vinculis
poni puniendus prout papæ visum fuerit. In præ
dictis autem iuribus punitur nō expectata iussio-
ne.Sed illud antiquatum est, vel obtinet,cùm du-
bium est delictum b Item dicunt quidam,quòd ta-
lis nō est ipso facto priuatus officio & beneficio :
imò priuari debet per sententiam .sed litera illius
versi.nos autem.contradicit:vt ipsum factū senten
tialiter declaratum hāc pœnam inducat, & ad hoc
facit extra,de homicidio.pro humani.prope finē.
& in fi.de app.reprehēsibilis.in prin.ibi : quæ ipso
suo genere,&c. ¶†Quòd si quis nō falsauit,sed vti
tur sciēter falsis literis,sic concipitur libellus:LIB.
Coram &c.vt s̄.proxi.vsq;, quare peto eum.iun-
ge,officijs vel beneficijs ecclesiasticis priuari,& pri-
uandum fore sententialiter decerni : vt in præ.c.ad
falsariorum.§.qui verò. ¶Si album prætoris, vel
quaterni curiæ corrumpantur,qualiter tunc libel-
lus concipiatur dixi s̄.de dolo & contu.§.restat.in
prin.Item si mensor falsum modum referat:dic vt

Baldus De crimine falsi. *Rubrica.*

An per testes,qui legerunt instrumentum probetur instrumenti te-
nor,hic versi.fi.G.tenet quòd sic.C.de fid.instru.l.sicut iniquum.
& in auē.si quis in aliquo documento.per Cy.no.in c.cùm olim.el.j.ex-
tra,de priuile.

s̄.de parochia.Item super senatusco.Liboñ.quod
proditum est contra instruentē a duocationē, vel e
testimoniū,vel alia,cōci.vt s̄.de fide instrumēto.ad
5 finem. ¶†Hoc etiam no.q̄ cōtra illū,q̄ deleuit chi
rographum,agitur leg.Aquil.vt ff.ad l. Aquil.l.in
c lege Aquil. c quod dic vt in li.Rof.in tit.de directa
d act.l.Aquil.prope fi. d ¶†Sed quid dicent testes in
6 probatione huius criminis?Respon.sic:nos scimus
quòd talis promisit Titio pro aliqua causa x. sub
conditione,si nauis venerit ex Asia.& de hac pro-
missione debitor fecit chirographum, q̄ nec plus
nec minus continebat,& P.hoc chirographum de
leuit.Vel aliter:esto quòd non habeam testes, qui
interfuerint promissioni: habeo tamen qui vide-
rint instrumētū debiti.Isti dicent:nos vidimus hoc
chirographum in prima figura in quo continebat
q̄ talis ex cā donationis promisit T.xj.si nauis ve-
niret ex Asia.qd̄ chirographū scripsit talis no.&
hoc chirographū P.deleuit. & hoc est,qd̄ dixit lex
summatim q̄bari debitū:qa nō ex toto q̄bo cōti-
nentiam instrumēti.C.de edē.auē. si quis in aliquo.

e *De sortilegijs.* e *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Libellus contra sortilegum,qualiter sit concipiendus.

1 POtest sic libellus concipi. LIB.†Corā &c.p
pono contra P.quòd ipse sortile-
gus est,vt pote qui hoc anno,mē
se tali,regnante tali,in ciuitate ta
li,in prima eius camera,vel in ta-
li triuio,dæmones inuocauit : furta in astrolabio,
vel per auium volatum inspexerit : & alia sortile-
gia facit:& super hoc eum accuso:quare peto eum
pœna capitis puniri,& ad hoc eum sententialiter
condemnari.& ego L.&c.vt s̄.de accu.§.j.ver.vlt.
C.de male.& math.nemo.& l.sequen .Sed secun-
dùm cañ.sic conclude prædicta quare peto ipsum
infamen fore sententialiter nunciari.iij.q.vj. cōsti-
tuimus.& vj.q.j.īfames.& canonicè puniri,& pu-
niendum fore decerni.xxvj. q.v . contra idolorū.
& de cōse.dist.ij.pro dilectione .extra,eo .c.j .& ij.
¶In duobus seq.titu. non est necessarius libellus.

De clerico uenatore. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Libellus contra clericum veneratorem, quali-
ter sit formandus.
2 Nomine venationis,quid intelligatur.

¶Non tractarunt
de hoc practici au-
thores.De materia
recurre ad Summi
stas.Et licet eccle-
sia sortilegia repro
bet, credit tamen
maleficia : vt patet
in rubrica de male-
ficiatis.De scientia
& arte astrologiæ,
& astronomiæ an
sit iure canonico,
vel ciuili damnata.
& an pœna debea
tur exercētibus,vel
exequētibus ipsius
scientiæ iudicia:ple
nè scripsi eo.ti.c.ij.
Item de sortilegijs,
& diuinationibus
est dicēdum,q̄ ali-
qua sapiūt hęresim
aliqua non.& pri-
marū aliqua sapiūt
id manifestè: & de
his se possunt in-
quisitores hæresis
intromittere.de hæ
ret.accusatus.§. sa-
nè.vbi de hoc.et ali
qua not.vt ibi.Cu-
riosus circa hoc sci
re debet qd̄ Tho.
de superstitionibus
plenè tractauit secū
da secūdæ, q.xcij.
& trib⁹ sequētib⁹.
& ibi in xcv.q.arti
culo quarto,tractat
de diuinatiōe, q̄ fit
p̄ iuocationē dęmo
nū:& illā asserit illi
citā,primò ex par-
te principij , quasi
tūc iuocās ineat fœ
dus cū dæmone:&
tūc forti⁹ sacrificiū
vel reuerētiā exhi-
beret inuocās dæ-
monio iuocato.Se
cūdò q̄pter futu-
rū euētū:quia quic
quid agit dæmū,ad id tendit,q̄ inuocātē perducat ad aliquid saluti nocia-
uū.Sed an hoc sit hæreticū,nō exprimit. Propter quod sciēdū aliquibus
Theologis videri ponderādū effectū,ad quē tēdit inuocans dæmonē. Si
enim inuocat ad mulieris amorē prouocādū , attribueretur superstitioni,
nō hæresi:potissimè,quia hoc ipsius est propriū hoīes tētare cōtra pudi-
citiā , & ad animarū lapsum.vndetētator vocat Matthæi iij.& Lu.iij.in
principio,licet igitur hoc fit turpe,fœdum,mortale & graue:non tñ sapit
hæresim manifestè.& sic nō est locus prædicto §.sanè.hoc verū:nisi esset
cum adoratione:vt ibi not.nam,vt ibi addidi super glo.si adorare hæreti
cū hæresim sapit,vt ibi in §.ille fortius dæmonē adorare. Vbi autē dæmō
inuocatur ad scienda futura per ipsius respōsa : hoc attribuitur creaturæ,
quod est propriū creatoris.propter quod videretur,q̄ hoc hæresim sape-
ret manifestā.Isa.lxj.Annūciate nobis,quæ vētura sunt in futurū,& scie-
mus quia dñi estis vos.Circa hoc tñ vide Augustinū xxvij.q.iij.c.pe.&
vlt. Secūdùm prædicta locū habet,q̄ voluntas & propositū distinguunt
maleficia.extra,de sent.excom.cùm voluntate.ff.ad l.Cor.de sica.l.diuus.
ADDE videnda originaliter per Old.consi.ccx.

De clerico

De clerico uenatore. Rubrica.

a ¶Piſcationibus. Saluari pōt hoc verbū per id, quod dicit cōtinuè deſeruit. ſi's dicere debuiſſet occupationib⁹, ſicut dicit cle. de ſta. mo. ne in agro. §. porrò. ī prin. & vide qđ ibi no. & ſic ſoluit cōtrariū, qđ ſequit: vbi monachi texunt retia ad piſces capiēdos. nā 1 & piſcari nō eſt ꝓhibitū: cū & piſcatores fuerūt ſancti lxxxvj. di. de Eſau a et vide qđ ibi no.

ADDITIO. ADDE tu an venatio ſit prohibita cp̄is, & qd de relig. & qd de piſcatiōe, vide pleniſsimè per Io. de Turre crem. in c. qui venatoribus. diſtin. lxxxvj. Hen. Ferran.

b *De cleri. nō ordinato miniſtrā te Rubrica.*

¶Ad Sūmiſtas recurre: & qs cū iſto diſpenſet: & ad qd vide ſ. preal'. §. nūc de eꝓrū. ver. xviij & qđ not. eo. tit. c. ij. in glo. pe. & qđ ſuper ea dixi. 1

c *De no. ope. nū. Rubrica.*

¶De practicis authorib⁹ ſolus Rof. hoc proſequit inter edicta: & eſt antepenul. in ordine Digeſtorū, & voluit author ſequi ordinem Digeſtorum: vbi ad hanc rubricam continuatur rubrica de damno infect. Rof fre. autē coniungit illam prætorijs ſtipulationibus. Secū dò illam reaſſumit inter xiij. cautiones & eſt iiij. an denunciatio noui opis fieri poſsit die feriato: & an cā ipſo die tractari: ſcripſi plenè ſ. de ferijs. §. ſequtur. vltra prin. de illo q denūcauit nouum opus, per iactum lapilli: dicens quòd ex parte papæ propter id nolens litigare coram ordinario. Ioan. de Deo lib. iiij. q. ij. dicit qꝓ ſi ipſe nō verificat qūo ex pte papę factū fuerit, vel fieri potuerit, non mutabitur per id, quod ius definit de his nunciationibus: & hoc niſi appellaſſet ad papam, tali appellatione, cui deferēdum foret, de app. ſi duobus. aliàs, vt dicit, facile eſſet cuiqꝫ lædere: vel multū tardare ius proximi, cōtra id de pœ. di. ij. charitas. ver. itē proximos. Probet ergo intra tres mēſes de iure ſuo, & ſeruetur decr. vlti. e. ti. de duobus fratribus, quorū pater vni dimiſit furnū, alteri ſalinariū: qui ſecūdus vult etiā facere furnū: cùm antiqua cōſuetudo habeat cōtrariū. Itē de duobus fratribus, quorū pater Comitis vaſallus reliquit caſtrū maiori: alteri latas poſſeſsiones cū caſtro feudales: an maior poſsit fratrē prohibere in poſſeſsionibus illis facere caſtrum. Has Pyleus tractat q. xxxvj. primam & xxj. ſecūdā. In prima tenet qꝫ pōt. ff. de dā. infec. Proculus. de aqua plu. arcē. l. j. §. itē aiunt. & l. ſi in meo. In ſecūda idē, dūmodo illa factio ſcādalis, vel ſeditionib⁹ materiā nō ꝓbeat. quod iudicis cognitioni relinquit. alle. ff. de ope. pub. l. ij. de ſer. vrba. præd. cū eo.

ADDE vt per Rof. conſi. lij.

¶Conci. ſecūdum Rof. vbi ſ. qui enumerat decē q̄ requirūtur, & q̄ per poſitiones patēt, & totū ibi ei⁹ ad literā vſqꝫ ad verſi. qualiter.

¶Per iactū lapilli. Quare hoc dicat, vide no. e. ti. c. ij. & ſuper magna glo.

¶Alius. Dicit Rof. ædificauit, & alius poſsidet: & tenet vt ſequit. Et ſcias qꝫ l. pe. loquit in hærede eius, cui fuerat renūciatum, & qui opere facto deceſſit. l. fi. non probat, id ad qđ inducitur. & loquitur in emptore, poſt denunciationem factam venditori: & ædificauit emptor. Fateor qꝫ inter ſolutiones contrarij, gloſſa ponit iſtam.

¶Sane. Hic incipiūt verba Roff. in penultimo interdicto, quod cōtinuat ſ. prox. & hoc vſqꝫ ad verſi. & not. & quatuor, quæ in hoc requirūtur, poſitiones oſtendunt. Et hanc etiam reaſſumunt vbi de xiij. cautionibus eſt quinta.

De clerico excommunicato, depoſito, uel interdicto miniſtrante. Rubrica.

SVMMARIVM.

☞Libellus qualiter ſit contra clericum excommunicatum miniſtrantem concipiendus. 1

CONCI. ſic libel. † LIB. Corā &c. ꝓponо cōtra P. rectorē talis eccleſiæ ſeu diaco. qꝫ ipſe continuè deſeruit ſyluaticis venationibus, piſcationibus a & alijs huiuſmodi voluptatibus & vagationibus: quare peto ipſum per vos canonicè puniri, & puniendum fore decerni. extra eodē c. j. & ij. xxxiiij. diſt. quorundam. contra de conſec. diſtin. v. nonquam. verſi. taxantur. ¶Et ſecundùm hanc formam concipitur in duobus ſeq. titu.

De clerico[b] nō ordinato miniſtrāte Rub.

SVMMARIVM.

☞Libellus qualiter ſit contra clericum non ordinatum miniſtrantem formandus. 1

CONCI. ſic libel. LIB. † Corā &c. propono cōtra P. qꝫ ipſe ſibi manu ordinatoria nō impoſita, vel eo nondū in diaconū ordinato, miſſarum ſolennia celebrare, vel Euangelium legere ſolenniter præſumpſit: quare peto per vos ipſum ꝓpter hoc canonicè puniri, & puniendū decerni. extra e. c. j. & ij. ¶Eodē mō cōci. ī ſeq. duob⁹ ti. ¶In tertio verò titu. de exceſ. præla. quæ generalis nō eſt, non eſt libellus neceſſari⁹, de cui⁹ materia per ſpeciales huius operis titulos ſatis poteris inuenire.

De noui operis nunciatione[c]. Rubrica.

SVMMARIVM.

☞Ædificās in ſolo alterius ipſo inuito & prohibēte, cogi pōt etiā ſuis expenſis ædificium deſtruere. 1
Interdictum quod vi aut clam, cōpetit illi, in cuius ſolo etiam poſt denunciationem fit aliquod opus. 2
Denuncians ædificanti in ſolo alieno, ne ædificet: an debeat eſſe præſens in loo, vbi fit opus. 3
Interdictum, quod vi aut clam cui, et quo caſu ſuccurrere dicitur. 4
Opus nouum nūcianti, ſecurū eſt coram tabellione & teſtibus mēſurā accipere totius ædificij faciendi. 5
Ædificationem factam in ſolo alterius poſt denunciationem debere deſtrui, an ſit verum. 6
Nunciatio operis facta nullo iure exiſtente preſente, an ſit valida. 7
Nunciatio furioſo facta, an teneat. 8
Nūciatio facta opificib⁹ dño ignorāte, an ſit valida. 9

IN hoc Titulo hoc ordine ꝓcedemus. Nā primò de no. oper. nūciatione dicemus. Secūdò verò de cautione 1 dāni infecti ſupponem⁹. † Ædificāti ergo in ſolo tuo, vel ædificare volēti plerūqꝫ denūcians. ne ædificet: qui ſpreta denūciatiōe nihilòminus ædificat: ꝓditū eſt ergo tibi ī terdictū de noui opis nūci. ꝓ qꝫ cogeť deſtruere ſuis expēſis, qđ fecit, ēt ſi iuſtè ædificat. ff. de no. ope. nū. l. j. & l. prętor ait. in prin. & l. verū. extra, c. d c. j. & pe. j. ver. qd ſi qñ. ſic ergo lib. cōci. d ¶LIB. Corā &c. cōqueror de P. qui poſtq̄ nūciaui ſibi nouū op⁹ ī ædificio tali ꝓiactū lapilli, e ipſe ędificauit. vñ peto qꝫ illud, qđ poſt nūciationē ædificauit, deſtruat ſuis expēſis: & ad hoc ꝓpo. īterdictū de no. ope. nū. vel actionē ī fcm̄ ſubrogatā ī locū eius, vt ī p. cōcor. & extra, e. c. ij. ad principiū. ¶Et hoc qñ ędificās poſsidet. ſi aūt ali⁹, f tenet qui poſsidet p̄ſtare patiētiā tm̄: vt ff. e. l. j. & ſi. Actor ergo ſic ponet. PO. AC. Pono qꝫ de nouo vis immittere in ædes meas. Itē qꝫ ædificas de nouo cōtra leges vel ſenatuſcō. vel cōſtitutiōes, vel qa vis deſtruere domū iſtā. ff. eo. de pupillo. §. publica. ff. fini. reg. l. fi. ff. d de contra. emp. ſenatus. ff. de le. j. cœtera. C. de edi. pri. Meuia. Itē qꝫ ædificās cōtra ſeruitutē, quę mihi per talē locū debeť. Itē qꝫ vis facere tale opus. Item qꝫ vis illud facere in tali loco. ff. e. l. j. §. hęc aūt edic. Itē quòd vis denuò facere. e. l. §. ſi qs ędif. & §. op⁹ nouū. Itē qꝫ es ſocius T. in re tali. hoc conceſſo, ceſſat oppoſitio, q̄ fit per l. ff. eod. tit. in ꝓuinciali. Itē e qꝫ qñ nūciaui tibi nouū opus, in re illa nūciaui, in qua fiebat opus. Item qꝫ licet res illa ſit cōis tibi & alij, ego tibi nūciaui in re preſenti. ff. e. de pupillo. §. nūciationē. & l. ſi qs forte. & l. opus nouū. & l. ciui- f libet. & l. in prouinciali. §. ſi in loco. & l. j. §. fi. & l. ij. & cū res eſt cōis ſufficit vni nūciare. ff. e. de pupillo. §. ſi pluriū. Itē qđ iuraui me nō nūciare aīo calumnię: vel etiā fui parat⁹ iurare: vt in l. de pupillo. §. q opus nouū. Itē qđ nūciaui in tali parte ædificij, vel in toto. Itē qꝫ qñ nūciaui opificibus, tu ſciuiſti j. ver. fi. ¶Reus verò ſic. PO. RE I. Pono qđ tale ſolū, ī q̄ ædifico, eſt pleno iure T. Itē qꝫ iā eſt ann⁹ qꝫ illud op⁹ feci, vt ī p. l. de pupillo. §. q op⁹ nouū. Itē qꝫ duo mēſes tm̄ ſunt, qꝫ nūciaſti nouū op⁹. hoc cōceſſo, patet qꝫ nō eſt opus futurū, ſed factū. ff. e. l. j. §. hoc aūt edictū. ſed aduerſus ſcā opa cōpetit īterdictū qđ vi aut clā, vt ibi. Itē qđ ſolū vbi ædificaui, eſt mihi & tibi cōe. ff. e. in ꝓuinciali. Itē qꝫ in tali ædificio, qꝫ iam erat factū, facio fulcimētum. Itē op⁹ qđ facio, eſt riu⁹ vł cloaca. ff. de riuis. l. vnica. ff. e. de pupillo. §. ſi qs. Itē qꝫ reqſit⁹ noluiſti iurare te aīo calūniæ nō nūciare. Itē qꝫ erā abſ̄s, qñ nūciaſti, g extra, eo. c. ij. ad prin. Itē qꝫ opus erat conſummatū priuſq̄ redijſſem. j. ver. fi. Itē qꝫ licet nūciaueris, nūciationē illā remiſiſti. ff. eo. l. j. in prin. ff. de remiſ. l. j. Item qꝫ mihi tm̄ & in tali loco tm̄ nūciaſti, Itē qꝫ in alio loco, ſ. tali, fiebat op⁹. Qualiter autē ſup cautione, quę præſtať ab eo, cui nouū opus nūciať, lib. cōcipieť, dixi ſ. de pig. & alijs cau. §. ſeqť. ver. itē ſępe. Itē qualiter ipſa cautio formeť, vide ſ. de ſatiſd. §. fi. ¶ †Itē ſi poſt, vel cōtra denūciationē tuā, vel te celāte, op⁹ ī tuo fiat, cōpetit tibi īterdictum, qđ vi aut clā. ſup quo cōci. lib. vt ſ. de reſti. ſpo. §. j. ver, cę terū. ¶ †Sed nūqd denūciās debet eſſe p̄ns ī loco, 3 vbi op⁹ fit? vī qꝫ ſic, ar. ſ. e. de pupill. §. nūciationē aūt. & §. ſeq. ver. et generaliter. Sed videť ſufficere, ſi remotus ſit, ita tn̄ qꝫ audiri poſsit, argu. de verbo. obligationibus. l. j. circa fin. ¶ †Sanè[g] præcedens in

a ¶Et not.Reuertitur ad verba Roffr.ſuper interdicto ſ.proxi.& hoc ibi vide in fi.j.colum.

b ¶Quid ſi.verſiſte fuit Rof.continuatus libello.Verſiculos qui ſequuntur ibi,vide in iij.col.verſi.ſed quid ſi quando.& verſi.ſeq.

c ¶Si quis forte.Valde plene proſequitur hoc dictum,& exponit hunc §. Hoſtiē.in Summa huius tit.§.cui fiat. in j.colum.

d ¶ Debet deſtrui. Niſi forſan denuncians ſciēs ædificatum,ſatiſdationem ſimpliciter recepiſſet.vnde diſputauit Dy.q̄ ſi is,qui verè ius ædificādi habebat,nunciationē ſibi factam contempſiſſet, & poſt illā ædificauerit : pone ad tres pedes:& demū ſatiſdedit nuncianti,ſciēti ſic ædificatū:& proceſsit in opere, nō poterit nuncians petere demoliri illos tres pedes factos poſt denunciationē anteſatiſdationem:& hoc triplici ratione. Prima,quia petitio demolitionis locū habet ante ſatiſdationē,nō poſt : niſi pronūcietur nō iuſtè ædificatū.ff.eo. l.ſtipulatio.§.j.et §. habet autē.Secūda, 5
quia facta remiſsio a
ne tacitè vel exp̄ſsè ex nūciatione agi non poteſt,eod.ti. ſi op⁹. Tertia, quia ſtipulādo opus de- 6
moliri,ſi iniuſtè apparebit ædificatū, videt aliàs denūciator remittere pri⁹ delictū,& eius pœnam.ff.de ſol.l.qui decem.§.j.& de nouā.l. quoties. circa principiū.& l.ſi Stichū.in prin.Et pro hac parte bene facit lex,eo.ti.de pu- 7
pillo.§.ſi is.vbi dicitur de ſatiſdatione data fore perinde,ac ſi nunciatum fuiſſet.Sed in contrariū facere videtur lex, ſciendum. eo.ti.vbi dicitur q̄ denunciatione remiſſa,tacitè vel expreſsè ſaluæ remaneāt aliæ actiones. ergo & demolitio peti poterit. Sed dic illud intelligi c
de actionibus, quę d
incœperunt competere propter nūciationē:ſed de his, quæ competebant ante nunciationē, ſicut eſſet negato- 1
ria vel confeſſoria, terdictum ſuccurrit ei, poſt cuius nunciationē ædificatur,vt illud deſtruatur,etiam iuſtè fiat, vt dictū eſt,& aliud interdictum,ſ.vt liceat ædificare ei , cui nūciatū eſt,ſi ſatiſdederit,per quod cōſulitur ei,cui nunciatū eſt.& eſt prohibitoriū,ſ.ne vis fiat ei,qui ſatiſdederit de opere deſtruēdo,ſi velit ædificare.ff. de noui ope.nun.ait prætor.§.deinde.& §.hoc interdictū.Sic ergo libellus cōcipitur. ¶L I B. Corā &c.cōqueror de P.qui cùm mihi nunciaſſet nouū opus,& ſibi ſatiſdederim de opere demoliendo,ſi appareat me iniuſtè ędificaſſe,vel paratus eſſem ſatiſdare:& ſi vellē ædificare,me prohibere & impedire,quò minus ædificē,nō ceſſat, vel me impedit ædificare.vnde ago cōtra eū ne me impediat.& ad hoc propono interdictū de no.ope.nun.quo cauetur,ne ſatiſdatione præſtita ab eo,cui nūciatur nouū opus,impediatur quò minus ædificet,vel actionē in factū ſurrogatā in locū eius:vt in præ.§.deinde.& extra eo.c. pe.& fi.¶Actor ergo ſic ponet: P O. A C.Pono q̄ mihi nūciaſti nouū opus:vt in 2
præ.§.deinde.& e.l.§.hoc interdictū.Itē q̄ tibi caui,quod ſi appareret me iniuſtè ædificaſſe, op⁹ factū deſtruerē:vel paratus fui cauere.Hæc em̄ paria ſunt:vt in præ.cōcor.Itē q̄ prohibes me volētē ædificare poſt ſatiſdationē à me præſtitā:vt in præ.§. deinde.Itē q̄ eſt minus anno, q̄ hāc prohibitionē feciſti.ff.eo.p̄tor.§.hoc interdictū.¶Reus verò ſic: P O. R E I.Pono q̄ nūciaui tibi nouū opus.Itē q̄ petij, q̄ mihi ſatiſdares.Itē q̄ cauere recuſaſti.Item f
q̄ iam trāſiuit annus ab eo die,ex quo dicis , q̄ te prohibui.Item q̄ paratus fui intra ſpatiū triū mēſium de iure meo probare,& noluiſti me expectare.extra,eo.c.fi.¶†Et no.[a] q̄ is,qui nouū opus nūciat,ſapiēter agit,ſi corā tabellione & teſtibus facit mēſurari ædificij longitudinē,latitudinē,& altitudinē:quia cùm opus factū poſt denunciationē demoliri debeat,vt ſ.per hoc ſcietur poſtmodū quātum poſt denūciationē fuerit ædificatū:vt ff.eo.nō ſolùm.§.quid opus nouū.¶†Sed nūquid verū eſt, q̄ ſi in re ædificatū ſit poſt denunciationē , q̄ illud debeat deſtrui,vt dixi ſ.in prin? nō videtur:quia ſi vocatus,qui venire nō tenebatur,non venit:nō incidit in edictū.ff.ne quis eum,qui in ius voca.eſt vi exi.l.ij.& arg.ff.de fur.nō videtur.Sed dic cōtra.& hoc, quia contēpſit authoritatē prætoris.Sed certè & in prædictis cōtrarijs contempſit : ſed hoc locū habet in dubio.Nā ſi certū eſſet,quòd aliquis calumnioſè nūciaſſet:nō debet ædificatū poſt denunciationē demoliri,ſecūdùm Roff.ff.ne quis eū, qui in ius vo.vi exi.l.j.¶†Quid ſi[b] quādo fit nūciatio 7 b
operis,& in re præſenti nullus erat præſens : nunquid tenet nūciatio? Io.dicit valere.arg.ff.de dā.infec.dies.§.quoties.C.de anna.excep.vt perfectius. ff.quod vi aut clā.l.aut quæ aliter.§.ij.in fi.& valebit hęc nūciatio:quia poſtq̄ dñs hoc ſciuerit,debet abſtinere ab ædificādo.quod ſi nō fecerit,deſtruere tenetur.¶†Nā & nūciatio facta furioſo tenet. 8
ff.de noui ope.nun.operis.at ille magis dicit̄ ignorans,q̄ aliquis.ff.de ritu nup.in e.§.inuitū.C.de falſa mo.l.j.vel ibi tenet in præiudiciū tutoris & curatoris,ſi ſunt ſoluēdo.arg.C.de iud.properādum.§. fi.¶†Sed quid ſi fit nūciatio fabris & opificibus, 9
vt dixi,& illi nō abſtinēt : poſtea dominus venit nūquid opus factū poſt nūciationē domino ignorāte debet deſtrui? Reſpondeo non.ff.eod.de pupillo.§.ſi quis forte.[c] Illud autē,quod dominus fecit,poſtquam ſciuit nunciatum,debet deſtrui.[d]

De damno infecto. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 ☞Petens cautionem damni infecti à vicino,cuius ædificium minatur ruinam,qualiter libellum concipiet.

2 Damno iam ſecuto per vicini ruinam,qualiter formabit damnum paſſus libellum.

1 e NVnc dicamus de cautione e dāni infecti.¶†Si igitur[e] ædificiū alicuius minatur ruinā ædificio,vel prędio alicuius:poteſt vicini ædificij dominus à domino ædificij minātis ruinā,petere q̄ ſibi caueat nomine dāni infecti : quæſtipulatio cōtinebit totū intereſſe illius vicini.ff.eo.in ſtipulatione.& l.ſed & ſi cōducere.& l.damni infecti.& cōcipietur ſic libellus: L I B. Corā &c.con- f
queror de P.quia ædificiū ſuū minatur ruinā ædificio meo:vel cum habeat ædificiū ruinoſum iuxta ædificiū meū:& poſſet de facili damnū cōtingere, q̄ mihi caueat nomine dāni infecti,vel ſatiſdet : & ad hoc propono officiū iudicis.ff.eo.d.l.j.& l.dies. & l.prætor.§.j.ff.de prętо.ſtip.l.j.¶†Si autē ſit damnū iam ſecutū,ſic cōcipietur libellus: L I B. Corā &c.cōqueror de P.qui mihi cauit nomine dāni infecti propter tale ædificiū ſuū,quod ruinā minabatur:& tūc ædificiū illud cecidit:& totū ædificiū meū deſtruxit.vnde ago cōtra eū,q̄ prædictū mihi damnū emēdet,vel reſarciat.& ad hoc propono g
actionē ex ſtipulatu,quæ prætoria eſt.ff.eod.prætor ait.§.j.& ij.Vel cōcipe, vt ſ.de pig.§.ſequitur. verſi.cæterū.[f] ¶Actor ergo ſic ponet. P O.A C. Pono q̄ ędificiū tale,vel impoſitio,ſi eſt in prędio ruſtico,eſt ita ruinoſum,vel ruinoſa,q̄ dānū de facili ex eo,vel ea cōtingere poteſt.ff.e.l.ij.Itē q̄ damnū vitio operis cōtingere poſſet,vel cōtingit , ſi iam datū eſt.ff.eo.fluminū.§.j.& §.vicinū.§.itē ſeruus.Item q̄ denūciaui tibi,vt mihi ſatiſdares.Idē ſi procuratori,vel domui,vel inquilino,ſi eſt abſens. ff.e.dies.§.prætor.& §.toties.Itē q̄ iuraui,vel paratus ſum iurare , q̄ non peto cautionē animo calumniādi.ff.e.prętor.& l.qui bona.§.qui damni.& §.fi.Itē q̄ promiſiſti , vel cauiſti mihi nomine damni infecti.ff.e.prætor.& l.dāni.Itē q̄ iudex appoſuit certū diem, intra quē deberet cautio iſta durare.ff.e. dies.in prin.& l.qui bona.§.fi.Itē hoc ſolo remedio mihi conſulitur.ff.e.ſi ædibus.& l.qui bona.§.itē is.Itē has ædes habebā vicinas tēpore interpoſitæ ſtipulationis.ff.e.qui bona.§.ſi qs, quia. & l.dāni infecti.§.ſi is,qui vicinas.Itē q̄ tale ædificiū iuſtè habebā iuxta tuum ruinoſum:vt in præ.l. qui bona.§.ſi quis iuxta.Sed hæc eſt iuris.Itē quòd quia noluiſti mihi cauere , fui miſſus ex primo vel ſecūdo decreto in poſſeſsionē ædiū, qui minantur ruinā:ſed me prohibuiſti.Super quo vide & cōcipe libellū vt ſ.de primo & ſecūdo decr.§.reſtat.in prin,& de eo,q mit.in poſ.ver.cæterū.Itē q̄ cū ſis dñs in ſolidū,cauiſti pro tertia.ff.e.ſtipulatio.Itē q̄ dānū cōtingit culpa tui cauētis , vel vitio ædificij. ff.eo.fluminū.§.q̄q̄.& §.Caſsius.& §.item apud Iul.¶Reus verò ſic: P O.R E I. Pono q̄ edictum tuū bene eſt munitū.Itē q̄ illud damnū cōtigit ex nimia vi vētorū.Itē q̄ mihi denūciaſti extra iudiciū.ff.eo.dies.§.hoc autē iudiciū.Itē q̄ recuſaſti de calūnia iurare.C.de iur.calū.l.j.Itē q̄ poſt diē à iudice appoſitū damnū cōtigit.Itē q̄ poteras habere actionē cōmuni diuidūdo,cùm res ſit mihi & tibi cōmunis.Item q̄ ædes pro quibus agis,emiſti poſt interpoſitā ſtipulationē.Itē q̄ illas illicitè ædificaſti.Itē q̄ volui tibi cauere:ſed cautionē recipere recuſaſti.Itē q̄ es pro tertia parte dñs , & caui tibi pro tertia tuæ partis.¶Formā autē huius cautionis vide ſ.de ſatiſdatione.§.fin.& quære vt ibi.

De priuilegijs[g] & exceßibus priuilegiatorum. Rubrica.

Monaſte-

¶Si igitur.Incipiūt ad literam verba Roffr.loco primo, vbi ſ.ibi etiam enumerat xiij.neceſſaria,vt hæc licitè petantur.& quicquid hic ſequitur , ibi fuit eius.

¶Verſic.cæterum. Ibi ponitur forma, per quam exprimitur æſtimatio damni,vel ſi reædificauit , exprimitur expenſa facta. & fuit loco ſecundo, de quo ſ. ipſius Roffre.

De priuilegijs & exceßibus priuilegiatorū. Rubrica.

¶Pabulum habuit iſte titu.ab authore:quia totū hoc inſertū fuit eius,dempto breui verſi. ſed quæritur.& ver.ſequē.qui ambo fuerūt additio.& Vincē.vt ibi dicā. Primo igit̄ ponit duos libellos aduerſos. Secūdò nobis inſinuat iura quædam, tūc nō nota, ꝓpter qđ tūc id fuit multū vtile,hodie propter ſextū , poſſet decidi. Tertiò remittit,vbi tractauit impugnationes priuilegiorū. Et ibi in principio dixi,à q- bus illas habuerit: & quia duo libelli hic poſiti.& ver.nō eſt etiā cū duob⁹ ſequētibus de abbatibus,quorum multi ſunt priuilegiati , tractant. Eſt ſciendum,q̄ quidā ſunt abbates,q̄,vel quorū monaſteria ſub nullo ſunt epiſcopo, & in nulli⁹ epi territorio. Hoc dicit Hoſ.de abbate Caſsinē.in decr.cū contingat. de foro compe. vbi ſcripſi in gloſſa, quamuis enim.ad fi.vt autē ibi dixi Caſsinen.

est hodie episcopalis. Alia verò similia monastaria vide in cõstitutione Papæ Benedicti xij. de monachis nigris. prima post proœmiũ vers. ante finẽ. assertiue ponitur talia fore moñ. Sublacense. Itẽ Farfense, quæ sunt in speciali prouincia papali. Itẽ sancti Vincentij de Vulterno in partibus Apuliæ: & ibi prius sub dubio dicitur idẽ de monasterio sancti Florentij veteris in partibus Gallicanis. Diuersę igitur sunt species abbatũ. Primò in quibusdã partib⁹ dicũtur abbates prælati ecclesiarũ seculariũ sufficiat decret. extrãsmissa. de renũ. & quod ibi not. in & sup prima glos. Nec mirũ qđ etiã præsidẽtes laicis & secularibus officijs dicuntur abbates prelati ecclesiarum vt de abbate Genuensi dicitur, vt scripsi de foro cõpe. si diligenti. super prima glo. in prin. de vtrisq; nil ad ppositũ: habemus abbates præsidẽtes monasterijs & religiosis: ex quib⁹ aliqui vel aliqua non habẽt parochiam. & hoc vigebat olim: secundũ quę tẽpora loquit xciij. dist. â subdiaco. xvj. q. j. generaliter, et de tali⁹ monasterijs loquitur c. j. eadẽ. q. vt ibi no. Et eo tẽpore abbates erant, nõ presbyteri. Hodie licet nõ habeãt porochias, habent tñ curã animarum monachorũ & conuersorũ suorũ propter quod debent esse vel fieri præsbyteri. de ætate & qualita. c. j. Secunda species est monasteriorum & abbatum habentium parochiam, cuius cura regi debet per clericum secularem. de capellis monachorum. cap. primo. & quod in quibusdam partibus malè seruatur vt ibi scripsi. Propter populum aũt tenẽtur ad ea, quæ sunt legis diœcesanæ. de quo vide de officio ordinarij dilectus. ad finem vltimæ gl. & satis scripsi de statu mona. c. j. Ex prædictis aliqui sunt episcopis subiecti: & hoc regulare, quod sonat rub. de relig. do. vt episcopo sint subiectæ. Aliqui verò exempti, de quibus tenendũ quod habetur eod. titu. c. j. lib. vj. vterq; istorum possent non habere: & habere priuilegia, de quibus hic tractatur, vel his similia, quæ seruanda sunt cum declarationibus, quę sequentur. omnes prædictæ regulariter intra territorium vel diœcesim certorũ episcoporũ pręter illos, vel his similes, quos s. nominaui, qui nõ sunt exempti à iurisdictione episcoporũ: quia exemptio præsupponit subiectionẽ, à qua liberatur exemptus. quod in istis non est. iste tamen status sine priuilegijs parum valeret. Item esse posset hoc casu dubium, quando certũ est, q̃ sunt extra territorium cuiusq; episcopi: sunt tamen intra prouinciam archiepiscopi. Et de archiepiscopo dico: quia prima duo, scilicet Sublacense & Farfense sunt in speciali prouincia papali, vt dixi: ita q̃ in illis cessat dubium. Fateor etiam q̃ posset tale monasterium sic esse extra territoriũ archiepiscoporum sicut episcoporũ, quando eadẽ sunt confinia episcopatuum & archiepiscopatuum vicinorũ: & locus ille vtrisq; est intermedius: vel qñ archiepiscopalis prouincia non habet alios fines, nisi tales episcopatus cum suis territorijs. Si verò haberet certa confinia, puta duo flumina, intra quæ est tale monasterium: non video quare archiepiscopus ibi non haberet archiepiscopalem & metropoliticam iurisdictionem, sicut in propria diœcesi. Facit extra de. deci. quoniã. & facit qđ dixi de prouincia papali. Habemus super regula, in iudicijs. lib. vj. q. de ecclesia priuilegiata super præscriptione centenaria: an illa possit vti prælatus cõtra capitulũ, vel econuerso. Super regula, priuilegiũ. est quæstio de priuilegio papali, quod respicit ecclesiá, expresso tamen nomine prelati, vel ecõuerso. Super regula. qui sentit. est quęstio de priuilegio familiariũ admittendorũ ad diuina. An futuros respiciat dominicalis lviij. an exemptio monasterij cum capellis cõpetat post modum acquisitis, vide eo. titu. cũ capella. quæstionem Iacob. de Bel. quis ex duobus priuilegiatis eligat forum, vide eodem titu. c. j. lib. vj. super versicu. apostolico priuilegio. Quæstionẽ de episcopo, q̃ impetrauit beneficiũ à papa, testandi de ducẽtis marchis tacito statuto ecclesiæ, quo poterat testari de centum, vide s. super rubrica de testa. in principio.

¶ Quia personæ. Quam non habemus: sed pro parte de illa sumpta fuit decret. cùm personæ. eo. tit. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 ¶ Monasterium cuius priuilegia à summo põtifice concessa contemnuntur ab episcopo, qualiter contra ipsum formabit libellum.
2 Libellus contra priuilegiorum suorum fines excedentes, qualiter fit concipiendus.
